DISPUTATIO JURIDICA
DE CONTRACTIBUS IN GENERE,

Quam

DIVINA FAVENTE GRATIA,

Consensu & approbatione Magnifici & Amplissimi JCtorum Ordinis in illustri Lipsiensium Academia

SUB PRÆSIDIO

Viri Clarissimi & Excellentissimi

Dn. CHRISTOPHORI PREIBISII

J. U. D. & Professoris Publici

Publicæ disquisitioni subjicit

VALENTINUS Steinersdorff


Osterodens. Boruss.

Ad diem 11. Martij horis consuetis

In Auditorio JCtorum.

Lipsiæ Typis GEORGI LIGERI.

ANNO M. DC. XXIV.



Thesis I.

Duæ ſunt obligationum cauſſæ, jus (a) & factum (b) Hoc vel eſt licitum ut conventio (c) vel illicitum ut Delictum, (d) Conventio vel nuda eſt ut Pactum (e) vel non nuda ut Contractus. (f)

(a) Argum. pr. Inſt. de oblig.

(b) *Jus principalis cauſa, factum ſine qua non.*

(c) *Quæ nomen generis eſt, omnem actum qui conſenſu perficitur continens* l. *1*. §. *3*. de Pact.

(d) *quod eſt omne factum quo alteri nocetur* pr. Inſt. de injur.

(e) *In nudis enim placiti finibus conſiſtit, neq; ullum continet negotium aut cauſam,* l. *7*. §. *1*. d. t.

(f) *à negocio ſcilicet & cauſa,* d. l. *7*. § *4*. in fin.

II.

Contractus eſt (a) conventio (b) negocium (c) unde civilis (d) oriatur obligatio continens.

(a) *Qui & commercium appellatur* l. *5*. & ibi Gloſs. in verb. commercium de J. & I. *Dictus ita à contrahendo*, arg. l. *19*. de R. I. *quod contra ſeu viciſſim trahere ſignificat, notante* Alciat. ad l. *19*. de V. S. n. *9*. *Ejus triplex in jure ſignificatio occurrit, latiſſima, qua etiam delicta, ut* l. *20*. de Judic. l. *52*. de re judic. *ſtrictiſſima, qua ſolùm contractus utrinq; obligatorij, ut in* d. l. *19*. de V. S. *& media, qua contractus ex una tantum parte & utrinq; obligatorij comprehenduntur,* §. fin. Inſt. de Obligat. *Et hæc*

quidem significatio propria est, arg. rubr. & tot. tit. Inst. de oblig. quæ quas. ex contract. *ut hinc non male inferatur, contractus μονοπλεύρους non impropriè esse contractus, cum non obligatio sed consensus contractus proprios ab improprijs distinguat*, §. *1.* Inst. de oblig. quæ quas. ex contr. l. *5.* pr ibi creditur ante contraxisse de O. & A.

(b) l. *1.* §. *3.* de Pact.

(c) *Græcis συνάλλαγμα dicitur* l. *7.* §. *2.* d. t. d. l. *19.* de V. S. *& proprietate verbi actum ejusmodi denotat, in quo hinc inde de aliquo dando vel faciendo tractatur, quæ fere est sententia* Gædd. tractat. de Contr. & commit. stipul. cap. *1.* num. *29.* Conn. *5.* Com. *2.* *id mutuam rerum, operarumq; commutationem interpretatur; verùm quomodo hic sensus ad contractus consensuales accommodari possit, non videmus, cum contractus illi, nulla re vel facto interveniente, perficiantur nudo consensu. Quin in realibus contractibus si ex una tantum parte res interveniat, oritur obligatio* Wesenbec. parat. ff. de pact. n. *9.* *Porrò contractum quidam definiunt conventionem cum caussa, causam explicant dationem vel factum, cum* Accurs. l. *7.* §. *2.* de Pact. *Nonne eo ipso definitionem definito faciunt angustiorem? certè ea non comprehenduntur contractus consensuales, non verborum obligatio. At inquies, agi ibi de dando & faciendo? male tractatum de dando vel faciendo, cum ipsa datione & factione confundes, & contractus innominatos, qui tum demum obligationem pariunt si caussa subsit, non rei interventu, sed solo consensu perfici consequetur.*

(d) *Eo ipso distinguitur à pacto, quod naturaliter tantum obligat* d. l. *7.* §. *4.* de Pact. *neq; actionem producit* d. l. *7.* §. *5.* *quamvis hodie moribus contrarium esse receptum testentur post* Bald. Salycet. & Iason, VVesenbec. par. ff. de pact. n. *10.* *An jure Canonico actionem pariat pactum quæritur? Negamus quia jus Canon. à Civili apertè non dissentit, arg.* c. *1.* extr. de Nov. oper. nunc. c. quamvis, extr. de pact. in *6.*

Summa

III.

Summa contractuum divisio est, quod sit vel verus vel quasi. (a) Verus est conventio revera inter contrahentes facta (b) Contractus quasi est negotium per quod obligatio juris præsumtione contrahitur. (c)

(a) *Prout nempe thesi præcedente est definitus, atq; ita dividitur in* l. *1.* de O. & A. *ubi sub ijs verbis, ex varijs caussarum figuris, etiam quasi contractus denotantur, id quod contextus tituli ostendit, ubi post enumeratas verorum contractuum species, de quasi contractib. agit* l. *5.* d. t.

(b) l. *3.* §. *1.* l. *55.* de O. & A.

(c) *Hic verè impropriè contractus est. arg.* pr. Inst. d. t. ibi: non propriè. *& arguit particula quasi quæ est nota improprietatis. Oritur ista contractuum differentia ex diversitate consensus, qui vel est verus, quando nempe inter contrahentes hoc verè actum est ut obligentur* d. l. *3.* §. *1. vel præsumtus, quando lex ex actu aliquo inter ignorantes gesto, consensum propter contrahentium utilitatem præsumit* l. *13.* §. fin. Commod. l. *5.* pr. de O. & A.

IV.

Contractus veri sunt vel nominati vel innominati. (a) Nominati sunt, qui generis nomine non contenti speciale à jure nomen acceperunt. (b) Innominati econtra qui tale nomen non habent contenti generali appellatione. (c)

(a) l. *1* §. *4.* l. *7.* §. *1.* de Pact. *differunt ab invicem multis modis, de quib.* Fernand. Vasqu. *3.* Controv usf. frequ. *59. Potissima verò differentia est, quod in nominatis contractibus regulariter pœnitentiæ locus non sit* l. *5.* C. de O. & A. *nisi uterq; sponte à contractu discedat* l. *58.* de Pact. *Liceat autem in innominatis, perfecto etiam contractu, pœnitere regulariter* l. *3.* §. *2.* l. *5.* pr. de Condict. dat. caus. l. *1.* §. ult. de rerum permut. *exceptis quibusdam*

dam caſibus, enumeratis à Gothofr. d. l. *5.* pr. *Inde in contractibus nominatis condictioni ob cauſſam locus non eſt* text. l. *12.* C. de R. V. l. *14.* C. de reſc. vend. l. *8* C. de contr. Emt. l *6.* C. de pact. int Emt. *Eſt autem in innominatis* tot. tit. ff. & C. de Condict. cauſ. dat. *Quod ſi quoq; non conſtet ſit ne nominatus an innominatus contractus celebratus, innominat⁹ eſſe præſumitur* l. *1.* de Æſtim. Act. l. *1.* de rer. permut. *Huic ſententiæ non obſtat.* d. l. *5.* §. *1.* de præſcr. verb. *ubi pro emtione concluditur, quia* d. l. *intelligenda eſt de caſu certo, ubi emtionem contractam eſſe conſtat, quo modo intellecta non adverſabitur.* l. ult. de Condict. cauſ. dat. *quæ de caſu dubio accipienda, prout eas conciliat.* Pinel. ad rubr. C. de reſcin. vend. p *2.* c. *3.* n. *23.*

(*b*) l. *3.* de Præſcr. verb. d. l. *1.* §. *4.* l. *7.* §. *1* de Pact. *Rationem vulgò afferre ſ[illegible] frequentiam horum contractuum, quod nomen acceperint* Don[illegible]. Com. *10.* Hotoman. referente Gothofr. ad d. l. *3.* de præſcript. verb. *Verum nos rationi conſentaneum eſſe putamus, inde eos nomen accepiſſe, quod certam ſui naturâ formam haberent, quæ uno nomine exprimi poſſet, ut* Gothof. d. loc. Anton. Faber. in rationalib. d. l. *7.* §. *1.* Gædd. tract. de Mutuo πϱολεγομ. n. *94.*

(*c*) d. l. *7.* §. *2.* *Præcipuè quatuor in* l. *5.* de Præſcr. Verb. *Contractuum innominatorum genera recenſentur. Do ut des, Do ut facias, facio ut des, facio ut facias. Do ut des, Contractus idem eſt cum permutatione,* d. l. *5.* §. *1.* l. *7.* C. de rer. permut. *Permutatio igitur contractus eſt innominatus, idq; etiam probat text.* d. l. *1.* §. *2.* de rer. perm. & d. l. *5.* §. *1.* junct. l. *7.* §. *2.* de pact. *Licet enim elegans nomen videatur habere non tamen tale habet, quod naturam & formam ipſius contractus explicet, cum ſemper permutatio ſit ubi res pro re datur, qualiter etiam fit in Emtione venditione alysq; contractib. prout oſtendit* Connan. *5.* Com. *2.* n. *2.* verſ. *permutatio autem. Hinc cum nomen generis retineat contractus hic, merito innominatus dictus eſt. Quæri jam poteſt; Si res cum pretio pro re detur, utrum permutatio an Emt:*

vendi-

venditio censenda? Quæ quidem in re variantes sunt interpretum opiniones teste Fachin. *2*. Controv. *44*. *Ex præcedentibus quia in dubio contractus pro innominato habendus, apprehendimus sententiam Pineli*, qui d. loc. cap. *2*. n. *5*. *permutationem esse dicendam putat, nisi constet de Emtione venditione, aut quia id partes expresserunt* l. *79*. de Contr. Emt. l. *6*. §. *1*. de Actio. Emt. *aut quia res, pro qua duo ista data sunt, fuerit venalis* arg. l. *1*. C. de Rer. perm. *Putem autem referre utrum res sit accessio pretij, an pretium accessio rei, ut hoc permutatio, illo casu Emtio venditio contracta esse videatur*, arg. l. *6*. C. de Pact. inr. Emt. c. ad quæstiones. Extra. de Rer. permut. *Sin horum neutrum appareat, illud quod minus est, sive sit pretium, sive res, alteri accessisse præsumitur*, arg. l. *27*. §. fin de acquir. rer. Dom. *Cæterum de Æstimatorio Contractu idem asserimus quod sit Contractus innominatus* per l. *1*. de Æstimat. Act. *De Transactione dubium est; nominatum eam esse contractum asserit* Corras. *1*. Miscel. *23*. *Nos nec contractum quidem esse putamus, quia magis decidendi quam contrahendi negocij caussa interponitur* l. *1*. §. *2*. de Pactis *fac*. l. *17*. *C*. de fid. Instrum *quib. loc. Contractus à transactione distinguitur. Idem de Donatione dicendum per* Novel. *119*. c. *1*. *ubi* Cujac. in exposit. ad eand. *nec ad rem facit* l. *22*. de Donat. *Ibi enim ideo JCtus donationem contractum bon. fid. esse negat, quod id ad propositum, quod ei erat demonstrandum, sufficeret, non propterea eam contractum stricti juris esse asserens, quia id ad præsens institutum esset necne, nihil intererat. De Emphyteusi autem non dubitamus, quin contractus sit nominatus*. text. §. *3*. Inst. de Locat. ibi propriam statuit naturam.

V.

Contractus innominati omnes sunt unius generis (a) Nominati vero sunt vel Reales (b) vel Verbales (c) vel Literales (d) vel Consensuales. (e).

(a) *Omnis*

(a) *Omnis enim contractus innominatus perficitur demum si subsit caussa*, l. 7. §. 2. & 4. de pact. h. e. *datio rei vel factum*, *ut ibid.* Accurs. & eum secutus Cujac. *interpretantur*. *Alioqui nisi hæc concurrat*, *pactum solummodo erit* l. 3. l. 7. C. de rer. permut. l. 1. ff. eod.

(b) *Realis est qui re interveniente demum perficitur*, *cum alias absq; rei interventu pro nudo pacto haberetur* l. 52. §. 1. de O. & A. l. 17. pr. de Pact. l. 9. C. de non numer. pecun. *Horum sunt quatuor Mutuum*, *Commodatum*, *Depositum*, *pignus*. tot. tit. Inst. de Obligat. quæ re Contr. l. 1. §. 2. 3. 4. 5. & 6. de O. & A. *Indebitum ad quasi contractus rejicimus per* §. 6. Inst. de Oblig. quæ quasi. & l. 5. §. 3. de O. & A. *non obstante* §. 1. Inst. quib. mod. re Contr. oblig. *ubi indebitum ideò veris contractibus adnumeratur*, *quia iste contractus maxime affinis sit mutuo*, *ut inde promutuũ appelletur*, *& quasi mutuum* d. l. 5. §. 3 de O. & A. VVesenb. parat. ff. de condict. caus. dat. n. 1.

(c) *Hujus tota perfectio & substantia ex verborum*, *hoc est*, *interrogationis & congruæ responsionis conceptione pendet*, *ut obligationem efficacem producat* l. 19. C. de Iur. dot. l. 5. §. 1. eod. *An autem præter stipulationem plura sint Verborum obligationis genera?* *Affirmat* Cujac. ad l. 1. de V. O. l. 4. de Transact. *& passim* tot. tit. de Pact. *cui accedit* Gædd. tr. de Contr. Stipul. in proleg. n. 7. *qui addunt Dotis dictionem & Jusjurandum Liberti ex* Gaio lib. 2. tit. 9. §. 3. & seq. *Verum verior est Donelli negantis sententia* ad. Rubr. de V. O. n. 3. & seqq. & 14. Com. 36. *subnixa autoritate juris* pr. Inst. de V. O. l. 1. §. 7. de Oblig. & A. *qui textus indefinitè loquuntur*.

(d) *Literarum quoq; obligationem esse contractum ab aliis distinctum ostendit satis* tit. Inst. de Lit. Oblig. *tum evincitur argumentis: 1. Quia habet specialem quandam formam*, *nempe scripturam*, *quam nullus alius habet*, *ex qua tota ipsius substantia seu perfectio dependeat*, *& ex qua obligatio oritur* l. 7. l. 13. C. de non num. pec. 2. *Quia peculiaris ex hoc contractu datur Actio*, *quam*

Chiro-

Chirographariam vocant text. expr. in verb. ex ea nascatur condictio. Inst. d. t. Bart. in l. *1.* de Condict. ex Leg. *An autem juri Digestorum contractus hic fuerit cognitus, quæritur? Affirmandum putamus, cum quia exceptio non numeratæ pecuniæ ei juri fuerit cognita* l. *4.* §. *16.* de dol. mal. except. l. *29.* pr. Mandat. *tum quia textus in* l. *14.* Locat. *ejusdem meminit, dum Contract. Locat. neq; verbis, neq; scriptura, sed nudo consensu perfici dicit. Idem* l. *2.* de O. & A.

(c) *Ita dicti non quod in his solùm consensus requiratur, cum in omnibus requiri eum constet ex* l. *1.* §. *3.* de Pact. l. *55.* de O. & A. *Sed quod solo consensu perficiatur* l. *2.* de O. & A. pr. & tot. tit. Instit. de obligat. ex cons. *Est quippe in omni contractu actus alius perfectionis, quando contractus ita est perfectus, ut obligationem & actionem producat, alius consummationis, quando id, de quo convenit adimpletur. Horum contractuum quatuor numerantur* d. l. *2* de O. & A.

VI.

Porro alii contractuum dicuntur μονόπλευροι ex una tantum parte obligatorii, (a) alii δύπλευροι ultrò citroque obligatorii. (b)

(a) *Huic contractuum distinctioni occasionem præbet* l. *19.* de V. S. *& tales in* d. l. *19. numerantur, mutuum & stipulatio: De contractibus innominatis lis est.* Bocer. d. l. *23.* cap. *1.* n. *49.* de R. I. *ex hoc contractuum genere eos esse contendit, cui nos accedimus vel hinc moti, quod Actio sit correlativa obligationis* arg. l. *19.* Mand. *ubi igitur obligatio ibi quoq; Actio, per vulgat. positâ causâ poni effectum. Si igitur utrinq; obligationes, utrinq; quoq; dabuntur Actiones. Atqui certum est, hos contractus innominatos à re tradita initium obligationis sumere,* l. *1.* §. *2.* de rer. permut. l. *7.* §. *4.* de pact. *tradita ergò re, is qui contractum ex sua parte implevit, amplius obligatus non est. Hinc actio præscriptis verbis datur ei qui*

 contra-

contractum adimplevit, qua agit ad implendum contractum, vel nisi impleatur ad interesse, l. 4. C. de rer. permut. l. 1. §. fin. ff. eod. *de condictione ob causam dati non opus est frustrà verba fundere.*

(b) d.l. 19. de V. S. *Horum verò duo sunt genera, alij ab initio tales, ut consensuales excepto mandato omnes: Alij autem eventualiter & ex postfacto tales fiunt* Gœdd. tract. de mutuo in prolegom. num. 65.

VII.

Præterea alij quoq; sunt bonæ fidei, (a) alij stricti juris. (b)

(a) *Bona fides aut opponitur dolo, & tunc in quolibet contractu requiritur* l. 4. C. de O. & A. l. 59. §. 1. mandat. l. 3. §. ult. pro soc. l. 11. l. 31. deposit. *vel stricto juri* l. 8. C. de judic. l. 29. §. 4. Mandat. l. 91. §. 3. de V. O. *& hinc contractus alius bonæ fidei, alius stricti juris*, §. 28. Inst. de Act. *Ille est ex quo alter contrahentium alteri obligatus est in id, quod ei præstari æquitas, hoc est, ipsum æquum ac bonum suadet, tametsi de hoc non fuerit actum*, §. final. Inst. de oblig. ex cons. l. 2. §. ult. de O. & A. l. 38. pro Soc. l. 11. pr. de Act. Emt. l. 7. de negoc. gest. *Porro quinam contractus bonæ fidei sint definiendum* ex d. §. 28. Inst. de Act. ut communiter Interpp. statuunt. *An autem contractus innominati omnes in eorum numero reponendi, disquiritur? Negativa placet, quia duæ tantum eo loci ad bonæ fidei actiones referuntur, Actio nempe præscriptis verbis quæ de æstimatò proponitur, & ea quæ ex permutatione competit*, d. §. 28. *unde bona ratione concluditur, cæteras quæ ex alijs contractibus competunt, stricti juris esse. Emphyteusin bonæ fidei contractum esse non dubitamus, cum nulla alia agnoscamus discrimina inter hanc & Locationem conductionem, quàm quæ* tot. tit. C. de Iur. Emphyteut. *expressa, in quorum numero non est, ut Emphyteusis stricti magis juris sit quam Locatio conductio.*

(b) *In*

(b) *In quibus illud solum præstatur, de quo expressè actum est* d. §. fin. Inst. de Obl. ex cons. l. *126*. §. *2*. in fin. de V.O. *quales sunt in* dict. §. *28*. Inst de Act. *omissi.* *Et hi contractus tam strictæ sunt naturæ, ut nec cum Principe facti bonæ fidei fiant, cum in contractibus jure privatorum utatur* c. *1*. extr. de probat. §. fin Inst. quib. mod. testam. inf. *Hanc quoq; contractuum differentiam de Jure Canonico obtinere non dubitamus, juxta tradita* Bocer. d. tr. ad l. *23*. de R. I. cap. *2*. n. *13*.

VIII.

Origo contractuum partim juri Gentium, (a) partim juri Civili adscribitur. (b)

(a) §. *2*. Inst. de I. N. G. & C. l. *5*. de I. & I. l. *7*. pr. de Pact. *De Emtione non usquequaq; est expeditum, quia hæc post nummum inventum demum* l. *1*. de contr. Emt. *jus autem Gentium cum humano genere cæpisse dicatur* §. *11*. Inst. de rer. divis. l. *1*. pr. de A. R. D. *Sed facilè hic nodus solvetur, si distinguamus inter jus gentium primævum seu rationis, & secundarium seu ratiocinationis. Illud rectè cum humano genere cepisse dicitur juxta* d. §. *11*. & d. l. *1*. *Emtio vero jure gentium secundario inventa est*, arg. d. §. *2*. Inst. de Iur. Nat. Gent. & Civ.

(b) d. §. *2*. ex partic. penè d. l. *5*. *Quinam hi sint variè decertatur.* Gloss. d. §. *2*. *quatuor enumerat, Stipulationem, Literarum obligationem, Emphyteusin & Largitatem Sponsalitiam. Et Stipulationem quidem juris civilis esse contractum non ambigimus, per text.* l. *1*. Locat. *quamvis dissentiat* Rævard. *4*. varior. *15*. *& alÿ quos recenset & refellit* Gædd. tr. de contr. & com. stipul. cap. *2* n. *8*. & seqq. *Nec non literarum obligationem*, text. Inst. de lit. oblig. Heig §. *2*. Inst. de I. N. G. & Civ. n. *14*. *De Emphyteusi ut aliud statuamus nos movet, tùm magna inter hanc & Locationem affinitas & conjunctio, tùm quod ante Zenonis Constitutionem fuerit in usu text.* §. *3*. Inst. de Locat. *& non solum, quod verisimile est, apud Romanos sed & alios populos, ut probat* Connan. *1*.

Com. *6*. n. *11*. & *7*. Comm *12*. n. *1*. *Donationem propter nuptias juris civilis contractum esse patet ex Novel. 119*. c. *1*. junct. §. *3*. Inst. de Donat. Connan. d. lib. *1*. Comm. *6*. n. *11*. Mynsing. d. §. *2*. Inst. de Iur. Nat. n *9*.

IX.

Contrahere possunt omnes nisi prohibeantur. (a) Non igitur infans, (b) non furiosus, (c) non servus (d) omninò: non pupillus, (e) non prodigus, (f) non minor (g) sine authoritate & consensu tutorum vel curatorum (h) licitè contrahunt, (i) Mulier quoque pro alijs intervenire, (k) Filiusfam. mutuum contrahere, (l) Mutus surdus stipulari (m) nequit.

(a) *Censetur enim permissum quod expreßim non est prohibitum*, l. *28*. §. *2*. ex quib. caus. Maj. l. *43*. §. *1*. de Procur. *cum præsertim quilibet suæ rei sit moderator & arbiter, adeoq; eam locare, vendere, commodare, &c. poßit* l. *21*. C. Mandat *eâq; uti & abuti* l. *25*. §. *11*. de pet. her. l. *24*. §. *5*. solut. matr. *Ergo & Principi contrahere licet*. *arg*. l. *31*. de ll. *An autem efficaciter obligatur? Ita est, cum in contractibus jure privatorum utatur arg*. l. *4*. *C*. de LL. junct. l. *14*. de Iurisd. *imò firmius quam privatus obligatur, qui mutuæ fidei vindex.*

(b) *Consentire enim non potest sicut furiosus* l. *5*. de R. I. *Definimus infantem ex* l. *18*. *C*. de jur. delib. *septem annis minorem, vel ex* l. *1*. §. *2*. de administr. Curat. *qui fari non potest, ubi fari intelligimus, non qui balbutientes incompositum quemvis sermonem effutiant, ut quid velint conjecturis vix assequi liceat, sed qui aliquo modo quid loquantur sciunt, & aliquem sui sermonis intellectum habent arg*. l. *10*. Inst. de inut. Stip. *quales sunt septem annis majores. Hunc itaq; contrahere neq; tutore autore posse putamus* d. l. *5*. d. l. *1*. l. *14*. de Sponf. l. *141*. §. pupillus, l. *70*. de V. O. l. *1*. *C*. de fals. monet.

(c) d. l.

(c) d. l. 5. l. 40. de R. J. l. 1. §. 12. l. 43. de O. & A. §. 8. Inst. de inutilib. Stipulation. *neq; cum consensu curatoris, cum habeatur absentis & quiescentis*, l. 2. §. 3. de jur. codicil. l. 1. §. 3. de acqu. poss. *& dormientis loco*, l. 31. §. 3. de Usucap. l. 124. §. 1. de R. J. *Secus tamen si ex re veniat obligatio, quod & de infante dicendum. Nam si quis furiosi vel infantis negocia gerat, inq; rem ejus quid impendat, dubium non est, quin eos sibi habeat obligatos* l. 3. §. 5. de negoc. gest. *cum & ignorans eo casu obligetur* l. 5 pr. de O. & A. *Aliàs verò nec naturaliter obligantur*. §. 8. & 9. Inst. de inut St. *cum nulla sit eorum voluntas* l. 40. de R. J. *Sin autem Furiosus dilucida habeat intervalla, indubitati juris est eum furore cessante rectè contrahere* l. pen. C. de Curat. Furios. *inq; dubio præsumitur cessante furore esse contractum, nisi actus desipientiam redoleat* d. l. penult. ubi Gothofr. *modo constet dilucida eum habuisse intervalla. Alias enim semel furiosus semper talis esse præsumitur* Everhard. in top. legal. in loc. à temp. ad temp. n. 7. *An autem actus Furiosi tempore furoris gestus valeat, si nullum appareat alienatæ mentis vestigium? Negativa verior arg.* l. 29. de R. I. *Et quia furiosi nulla est voluntas*, l. 40. de R. I. *Quod de furioso dictum, idem de Demente & mente Capto accipiendum* Phil. Matth. d. l. 5. n. 14. l. 40. n. 2. de R. I. *An etiam de amore capto? Ita vult* Ant. Gomez. 2. Var. resolut. 14. n. 28. *quod tamen* Eman. Soarez in annot *restringit ad contractum cum Amica celebratum. Quin ad Ebrium quoq; id extendi possit dubium non est, si ebrietas mentis exilium causetur.* c. venter. & sequ. dist. 35.

(d) *Ut ipse civiliter obligetur, non ut alium sibi obliget*. l. 14. l. 43. de O. & A. l. 6. C. de Iudic. *Naturaliter tamen ut obligetur contrahere potest* d. l. 14. *Hinc si servus manumissus solvat id, quod ante manumissionē ex contractu debebat, non repetit* l. 13. de Cond. indeb. *An verò servus ex contractu cum Domino habito naturaliter obligatur extra causam peculiarem? Neg. it id* Gædd. in l. 26. de V. S. n. 11. *quod eodem jure gentium sint inventa obligationes*

 quæ

quo servitus. Verum Nos contrarium asserimus per l. 10. pro Emt. *existimantes, servos ipso facto obligari, quod factum ex animi quadam libertate constat, (interior enim illa pars mancipio dari non potest, inquit* Senec. 3. de benef. *corpus est quod fortuna domino tradidit) cui libertati quia sola deest Jur Civilis approbatio, idcirco etiam fit, ut servi, qui jure Civili pro nullis habentur, ex facto suo nec obligent nec obligentur civiliter, sed tantum naturaliter, hoc est, jure gentium, quo jure ei libertas animi non est adempta, adeoq. nec liber consensus* Rævard. ad l. 32. de R. I.

(c) l. 20. §. fin. de Novat. l. 28 de Pact. *ut scilicet ipse obligetur: Alios enim sibi obligatione obstringit* pr. Inst. de Aut. Tut. r. l. 9. ff. eod. *Hinc si contractus fuerit utrinq. obligatorius, ex uno tantum latere constabit* l. 13. §. 2. de Act. Emt. *Atq. hoc ita, nisi locupletior pupillus factus fuerit, quo casu etiam civiliter obligatur ex const. D. Pii.* l. 5. pr. de Aut. tut. l. 3. Commod. *An vero Pupillus absq. tutore autore contrahens saltem naturaliter obligatur? Variæ hic sunt Interpretum opiniones, propter variè pugnantia JCtorum responsa. Nam non naturaliter obligari vult* l. 41. de Condict. indeb. l. 59. de O. & A. *obligari vero naturaliter volunt* d. l. 5. l. 1. in fin. de Novat. l. 21. ad L. Falcid. l. 64. ad SCtum Trebellian. *Distinguunt quidam inter Pupillum qui Tutorem habet & qui nullum habet, ut hic demum non etiam ille naturaliter obligetur* arg. l. 3. C. de in integr. restit. Minor. *verum divinatoriam hanc esse ait* Corras. 6. Misc. 22. n. 2. & Vult. discept. Schol. 16. *Vulgatissima distinctio est, ut LL. negantes pupillum naturaliter obligari, accipiantur de eo casu, quo pupillus locupletior factus non est, econtra LL. affirmantes, de eo ubi pupillus factus est locupletior, videatur* Philip. Matth. ad l. 5. de R. I. & ibi n. 31. allegati. *Verum improbatur hæc opinio, tum inde, quod non naturaliter solùm, sed & civiliter pupillus locupletior factus obligetur, siquidem utilis adversus eum actio competit* d. l. 5. de Aut. Tutor. *tum quod manifeste impingat in* l. 25. §. 1. quand. dies legat. ced.

nec

nec facit responsio Philip. Matt. d. l. 5. n. 23. quam se ex Roberto colligere ait. *Valorem enim legati JCtus inde constare dicit, si naturalis debiti aliquando solutio contingat. Alioquin si ille tum valere Legatum diceret, si testator non futuram ex obligatione naturali solutionem, sed solam naturalem obligationem, ex eo quod pupillus locupletior factus sit, cogitasset, utiq; nulla opus fuisset solutionis mentione, cum talem obligationem ea necessario sequatur. Putamus sæpe de obligationibus, non quatenus in natura sua se habent, sed quatenus à jure Civili, penes quod ejus rei est potestas sunt vel comprobatæ vel improbatæ disputari, ita ut obligatio, quæ revera subest, respectu effectuum ei à jure Civil ademtorum, subesse negetur*, arg. §. 3. Inst. quib. mod. toll. oblig. *Sic enim Mulier intercedendo naturaliter obligatur, & tamen solutum repetit.* d. l. 40. de condict. indeb. *quia SCtum obligationem infirmat* l. 16. in fin. ad SCtum. Velle an. l. 9. C. eod. *Sic pupillus quoq; quamvis reverâ naturaliter obligetur ex consensu, tamen cum obligatio illa per jus Civile enervetur, nulla obligatio videtur intervenisse, cum nullum habeat effectum, atq; sic naturâ non debere dicitur pupilius* d. l. 41. de Cond. indeb. & l. 59. de O. & A. *& debere eundem naturaliter quia revera debet, quamvis absq; ullo effectu*, l. 127 de V. O. *quod tamen non procedit in favorem tertij, tunc quippe pupillus quasi pro obligato habetur, ad hoc ut obligatio accessoria subsistat. Hinc qui pro pupillo fidejubet, constituit, novat, efficaciter obligatur*, d. l. 127. l. 25. de Fidej. l. 1. de Novat. *Privilegium enim quod datur personæ extra personam non extenditur*, l. 68 l. 196. de R. I.

(f) l. 6. de V. O. l. 40. de R. I. l. 1. pr. de Curato. Furiof. *ut nempe ipse obligetur. Alios enim sibi obligat cum bonorum deminutio ei solum sit interdicta*, per text. allegat. *Congruè hic quæritur, ipsone jure prodigo bonis sit interdictum? Affirmat.* Donel. 12. Com. 22. & Fachin. 2. Controv. 63. *Verum contrarium hodie obtinuisse testantur.* Gail. 2. observ. 15. n. 2. Phil. Matth. d. l. 40. n. 18. *ubi id probat per* l. 55. §. ult. de Admin. Tut. ubi Gothofr.

thosr. *Nos in dubio demum & tunc, si non satis constet de prodigalitate, Magistratus decretum requirimus*, arg. l. 27. de Minorib.

(g) *Ita nempe, ut contrahendo res suas sine curatoris consensu alienet*, l. 3. C. de in integr. rest. Min. *secus si nulla in contractu concurrat bonorum alienatio*, l. 101. de V. O.

(h) l. 15. de Solut. pr. Inst. de Autor. Tut. l. 1. & tot. tit. C. de Autorit. præst. *Autoritas pupillis necessaria est & propriè Tutorum: Autorare enim est quodammodo personam legitimare ad actum aliquem integrè perficiendum, hinc tutor personæ dari dicitur*, §. 3 Inst. qui testam. tut. dar. *Consensus Minoribus: Minoris enim persona cum rebus gerendis satis sit idonea, legitimatione, ad eam integrandam opus habebit nulla*, d. l. 101. & l. 3. C. de in integr. rest. Minor. *& hinc bonis dari Curatores dicuntur*, l. 8. C. de Nupt. Wesenbec. ad rubric. Inst. de Aut. Tut.

(i) *Vel naturâ, ut qui consentire non possunt*, l. 1. §. 3. de pact. *vel jure, ut quibus non est libera bonorum administratio*, l. 1. §. ult. de Minorib. *aut qui jure civili pro nullis habentur, ut Servi*, l. 32. l. 209. de R. I. l. 32. §. 6. de donat. int. Vir. & Vxor.

(k) *Propter SCtum Vellejan. quo mulierum infirmitati succursum est*, t. t. ff. & C. ad SC. Vellejan. *Huic beneficio an mulieres renunciare possint, quæritur? Et quamvis affirmativa usu obtineat teste* Gail. 2. observ. 77. *negantem tamen jure magis convenire arbitramur, quia* 1. *renunciatio fit in fraudem SCti*. arg. l. 29. §. fin. eod. 2. *ea facilitate renunciat, qua se obligavit. Neq. obstat* l. ult. §. 4. eod. *Loquitur enim ea de renuntiatione judiciali, cujus ratio longè alia ut tradit* Ant. Fab. l. 8. §. 1. qui satisd. cog. *Tribus tamen casibus renunciatio etiam extra judicialis valet.* 1. *in Matre vel Avia tutrice constituta*, auth. Matri C. quand. Mul. tut. offic. 2. *Si post biennium fuerit repetita renunciatio*, l. 22. C. ad SCt. Vellejan. 3. *Si juramento fuerit firmata*, arg. auth. sacramenta C. si advers. vendit. *Cæterum suo nomine mulieres jure civili licitè contra-*

contrahunt sicut viri, l. 6. l. 13. l. 25 & 27. h. t. l. 2. l. 4 C. eod. *Jure Saxonico verò non nisi cum Maritorum aliorumve Curatorum suorum consensu, nisi tamen eadem negociari solitæ sint*. Const. Elect. 15. part. 2. ubi Moller. fusè.

(l) *Propter SCtum Macedon*. t. t ff. & C. de SCto Mac. *An huic SCti Maced. Exceptioni renunciari possit, disquiritur? Placet negativa, vel quod hoc SCtum in odium fœneratorum*, l. 40. de condict. indeb. ubi Gothofr. *vel potius quod in favorem Parentum* per. §. 7. Inst. quod cum eo qui in alien. *atq; adeo utilitatis publicæ caussa introductum sit. His verò renunciari non posse expediti juris est*, l. 7. §. paciscar. l. 27. § pacta. l. 38. de Pact. *Alias licitè contrahunt filij famil*. l. 57. de Judic. l. 39 de O. & A. *quamvis testari nequeant, rationem diversitatis vide apud* Eman. Soarez. in annotat. ad Anton. Gomez. 2. Var. resolut 1. lit d. *Dum tamen non cum Patre aut fratre in ejusdem patris potestate existente contrahat, neutro quippe casu civilis, sed naturalis duntaxat nascitur obligatio* l. 38. de Cond. indeb. *idq; propter unionis fictionem* l ult. C de Impub. & al. subst. l. 22. §. 1. C. de Agr. & censit lib. 10. *quæ jure naturali non attenditur*.

(m) *Perficitur enim contractus hic verbis* l. 1. pr. de V. O. *hinc nec nutu stipulari aut promittere possumus* d. l. 1 §. 2.

X.

Res (a) quæ in contractum deducuntur (b) duplicis sunt generis; Res nempe (c) & facta. (d) Illæ ut commercio hominum non sint exemtæ: (e) Hæc ut non sint vel impossibilia, (f) vel aliena (g) requiritur.

(a) *Rei vocabulum latiori significatu acceptum etiam facta comprehendit* l. 5. de Præscr. verb. *ubi formula*, OB REM DATI, *omnes contractuum innominatorum species continet*. Donel ad rubr. C. de reb. cred. n. 29. & ad. l. 54. de V. O. n. 14. *Porrò hic duæ rerum divisiones notandæ. 1. Quod res aliæ certæ, aliæ incertæ*,

C l. 9. de

l. 9. de reb. Cred. *eaq; vel naturâ, vel contractus conceptione tales. Natura certæ sunt res corporales præsentes omnes* Donel. ad l. 75. de V. O. n. 15. *futuræ igitur incertæ veluti fructus, usura,* d l. 75. §. 4. & 9. ubi Duaren. de V. O *Naturâ incertæ præter jam dictas sunt incorporales omnes, item facta & non facta* d. l. 75. §. 7. Connan. 6. Com. 3. n. 4. *Contractus conceptione corpora sive species tùm certæ dicuntur, si vel nomine proprio vel circumstantijs ei soli competentib. definitæ sint* d l. 75. §. 1. *Incertæ igitur si generaliter* l. 74. pr. l. 94. de V. O. *aut alternativè in contractum venerint, neq; convenerit ut electio sit penes creditorem.* §. 33 ubi Hotom. Inst. de Act. *Res autem in quantitate consistentes tùm certæ dicuntur, si quid, quale & quantum sit, quod in contractum venit appareat.* l. 6. de Reb. Cred. d. l 74. §. 1. de V, O. *Et secundum hanc rerum distinctionem contractuum nascitur divisio in certos & incertos* l. 9. de R. Cr. 2. *Res aliæ dividuæ aliæ individuæ, eaq; vel natura vel contractus conditione tales* Cujac. l. 2. de V. O. *Naturâ dividuæ sunt servitutes reales & personales, excepto usufructu,* l. 6. §. 4. si serv. vind. l. 19 de Uſ. & habit. l 1. §. 9. ad L. Falc. *rationem exponunt* Donell. l. 2. de V. O. n. 14. Cujac. ad L. 72. eod. *Facta alia dividua sunt, alia individua,* Ant. Faber 3. Conject. 7. *Contractus conditione individuæ sunt, quibus non nisi totaliter solutis liberatio aliqua contingit, ut si res generaliter vel alternativè in contractum fuerit deducta* d. l. 2. §. 1. ubi Cujac. & Duaren. *Ex hac igitur rerum distinctione altera contractuum divisio est in dividuos & individuos, de quibus qui volet videat* Anton. Gomez. 2. Var. resol. 10. & Baron. in pecul. suo tract. de divid. & individ.

(b) *Tam corporales quam incorporales, immobiles mobilesve, sive alienæ sive propriæ ejus, qui eas obligat,* §. 35. Inst. de Rer. div. l 31. §. 1. deposit. l. 28. de Contr. Emt. l. 9. l. 29. de pign. act. l. 15. Commod. l. 5. § fin. de peric. & com. rei vend. l. 2. C. de O. & A. pr. Inst. de inutilib. stip. § fin. Inst. de Servit. §. 1. de Uſ. & habit. *Res vero propria est, cujus jam est, obligari nequit* l 29. de

d. Pig. act. l. 40. de R. I. l. 31. §. 1. deposit. l. 82. de V. O. l. 16. de Contr. Emt. l. 20. C. locat. *Hinc deducitur rem legatam cum jam sit in dominio Legatarÿ post mortem legantis* l. 64. de furt. *legatario non esse hypothecatam. De Usufructu quæstionis est, An ille vendi locari vel oppignorari possit? Negat* Gomez. 2. Var. resolut. 15. n. 17. *cum ibi allegat. Contrarium asserit* Pinel. l. 1. C. de bon. matern. part. 3. n. 38. *cujus opinioni tanquam de jure veriori nos accedimus subnixi textib. expr.* l. 12. §. 2. l. 67. de Usufr. l. 8. §. 2. de peric. & com. rei vend § 1. in fin. Inst. de Us. & habit. *Id verò perperàm ab hoc asseritur, quod jus ipsum personale ususfructus alienari possit, quod personalissimum est, & ossibus personæ inhæret* l. 3. in fin. quib. mod. ususfr. amit. *ut ne quidem ad hæredem transeat, qui tamen una cum defuncto fingitur esse persona* Novel. 48. in pr. Sichard. ad rubr. C. de hered. Act. n. 2. *quin* l. 12. §. 2. de Usufr. *is qui Usumfructum locat, vendit, vel donat, eundem retinere dicitur. Distinctione igitur adhibitâ, inter jus directum ac merè personale, quod ita est radicatum in persona usufructuarÿ, ut in alium transire nullo modo possit: Et inter utile seu ipsam facultatem percipiendi, (exemplo heredis instituti, qui etiam jus personale, quod ipse institutione eamq; secuta aditione habet quæsitum, sive restituta hereditate, sive obtenta contra hereditatem restitutione, non amittit, aliud autem, quod ipsi ultra personale est, in alium per venditionem aliumve modum transferre potest* l. 2. & passim t. t. de hered. Vendit.) *putamus omnem controversorum textuum difficultatem extinctū iri* Andr. Schäffer. part. 1. quæst. Jur. practicab. 10. n. 18. & seqq.

(c) *Eæ duplices sunt, corpora nempe sive species, & quantitates. Corpora sive species sunt certa quædam individua quæ multiplicationem non recipiunt.* Cujac. 14. obs. 19 *In his enim materiam ipsamq; rei substantiam consideramus, non vim ac potestatem aut æstimationem,* Vult. discept. Scholast. cap. 10. *Quantitas aliter atq; aliter à DD. definitur.* Duran. 1. Disp. anniverſ. 9. *valorem sive æstimationem rei publica authoritate impositam definit.*

Vult. dict. loc. *res in quantitate consistentes, h. e. quæ numero, pondere, mensura constant, quæq; in suo genere functionem recipiunt* arg. l. *19.* pr. & §. *1.* de aur. & arg. leg. l. *1.* de Cond. tritic. *Plerunq; tamen teste* Hotoman. illustr. quæst. *15. quantitatis appellatione valor rei vel æstimatio seu pretium monetæ venit, non attentâ materiæ qualitate, arg.* l. *3.* de in lit. jurand. l. *42.* de fidejussorib *Hinc si certa quantitas pecuniæ in obligationem veniat, certo pecuniæ genere numerato, eodem genere non est opus ut restituatur. Satis enim est, sive pauciora sive plura corpora data sint, si eundem exæquent valorem arg.* l. *65.* §. *1.* de V.O. Hotoman. dict. illustr. quæst. *15. Multum autem interest utrum corpus certum, an certa quantitas debeatur. Illud enim interit, hæc non item, cum etiam sine corpore juris habeat intellectum* l. *12* pr. de Legat. *2. Hinc si corpus certum debeatur & absq; debitoris culpa pereat, debitor liberatur* l. *14.* §. final. de posit. Vaud. *2.* Variar. quæst. *33.* n. *5. non etiam quantitas* l. *11.* C. si cert. petat. Hotoman dict. quæst. ill. *15. An autem si quantitas rei respectu (puta si duobus res una debita uni solvatur, alteri verò ejusdem æstimatio solvenda sit) debeatur, rei interitu ab æstimationis præstatione liberatur debitor? Affirmativæ adhærere placet arg.* l. *114.* §. fin. l. *36.* §. final de Legat. *1.* L. *20.* de Legat. *3. Deinde qui corpus debet, tenetur ne pessimum det, qui quantitatem, nisi adjecta sit in obligatione bonitas, rem quamcunq; dando etiam vilissimam liberatur* l. *52.* Mand. l. *75.* de V. O. ubi Gothofr.

(d) *Qua voce & non facta comprehendimus* l. *2.* §. *5* de V.O. *Referendæ etiam huc operæ arg.* l. *1.* de oper Libert. *ubi definiuntur officium diurnum. Quæritur hic non incommode, an debitor in causa pecuniaria in casum debiti non soluti ad faciendas operas se creditori obligare possit? Et posse existimamus arg.* l. *3.* de Vsufr. legat. l. *9.* de oper. libert. l. ult. C. de postlim. reversi. *ibi.* labores obsequio & operæ quinquennij vicem referre beneficij, *plurib. hanc sententiam firmat* Matth. Coler. part. *1.* process. execut. cap. *9.* n. *25.*

(e) *lis*

(e) *Ita ut eas quis habere, possidere, & persequi possit.* l. 34. §. 1. de contr. Emt. *Exemtæ autem sunt vel naturâ, res nempè quæ nondum existunt, & harum rerum nec æstimatio debetur nec pœna.* l. 69 de V. O. *nisi futuræ sperentur* §. 1. Inst. de mut l. Sep. l. 8. §. 1. de Contr. Emt. *ubi & spei quoq; emtio est.* l. 7. de Hered. Vend. *vel jure, & vel in totum ut liber homo,* l. 70. de Contr. Emt. *Res item sacræ, sanctæ, religiosæ,* l. 6. de Contr. Emt. l. 1. §. 9. de O. & A. l 83. §. 5. de V. O. *Res autem Ecclesiasticæ non sacræ, quales quæ in patrimonio Ecclesiæ sunt in contractum licitè veniunt* Wesenbec. parat. *C.* de SS. Eccles. n. 6. *Talia autem bona sunt, quæ pro dote, aut ad fabricam sunt assignata* VVesenb. dict. loc. *Vel duntaxat certarum personarum commercio exemtæ, ut Mancipium Christianum, quod à Judæis vel paganis haberi possideri ve non potest.* tot. tit. *C.* ne Christ. mancip. *Vel propter extrinsecam quandam qualitatem alienari prohibitæ, ut fundus dotalis, qui à Marito alienari non potest* text. pr. Inst. quib. alien. lic. vel non. l. unic. § & cum lex. *C.* de re uxor. Act. *ne consentiente quidem uxore, nisi mulieris consensus post biennium semel atq; iterum accesserit* Novel. 61. ubi Cujac. in expos. *Quid si non geminatus sed tamen juratus fuerit mulieris consensus? Contractum putamus valere per text.* c. licet. de jurejurand. in 6. *Quod de fundo dotali dictum, pertinere quoq; putamus ad res mobiles quæ servando servari possunt, secundum tradita à* VVesenbec. parat. ff. de fund. dot. n. 4. *Intelligenda autem dicta omnia de rebus inæstimato in dotem datis. Res enim æstimatò datas maritus Emtionis jure habebit* l. 11. de Fund. dot. ubi Cujac. tract. 8. ad Afric. l 1. *C.* eod. *Pari jure censentur prædia Minorum, quæ non nisi decreto Magistratus interveniente distrahi possunt.* tot. tit. *C.* & ff. de præd. & al. reb. minor. *Item bona liberorum adventicia* l. 1. *C.* de bon. mater. l. ult. §. 5. *C.* de bon. quæ lib. *Res quæ Restitutioni subjacent* Auth. res quæ. C. Comm. de Legat. *Res hereditatis tantisper dum de hæreditate adeunda deliberatur* l. 7. de jur. delib. *Res quoq; communis, cum divisio est postulata.* l. 1. *C.* com. divid.

Et res ligitiosæ l. 2. & l. ult. *C.* de litigios. *Pertinent huc quoq; res testamento alienari propter aliquam causam prohibita* l. 114. §. 14. de Legat. 1. *non etiam res, de quibus non alienandis pacto conventum* l. pen. de Pact.

(f) *Impossibilium namq; nulla obligatio*, §. 10. Inst. de inutilib. stipul. l. 185. de R. I. *quod* 1. *accipitur de illis, quæ principaliter in obligationem sunt deducta.* 2. *De adjecta contractui conditione impossibili, quæ si fuerit affirmativa, regula servanda: Impossibilem conditionem adjectam contractibus eos vitiare* Moller. 5. sem est. 3. *sin negativa, pure contractum videtur*, §. 10. Inst. de inutilib. stip. l. 7. ff. de V. O. *Impossibile autem est aliud Naturâ aliud Lege. Natura impossibile est quod per rerum naturam fieri non potest*, d. §. 10. *Exemplum est, si quis stipulatur, Cathagini hodie daturum, quod nunc Romæ alius præsens pollicetur est. Lege impossibile est quodcunq; legibus prohibitum est, cum ea posse demum dicimur quæ sunt honesta nec verecundiam lædunt*, l. 5. *C.* de LL. l. 6. *C.* de pact l. 14. & l. 15. de condit. Inst. *qualia non sunt, quæ contra leges directò impingunt, veluti si quis promittat se aliquem interemturum*, l. 26. & seq de V. O. *vel furtum, quod natura turpe dicitur* l. 42. de V, S. *se facturum; aut consequenter, ut si quis promittat illud se non facturum, quod honestè omitti potest*, l. 7. §. 3. de pact. ubi Ant. Faber. *Tales igitur conventiones, sunt ipso jure nullæ*, l. 26. & l. 27. de V. O. l. 7. §. 7. de Pact. l. 4. *C.* de inutilib. stipul.

(g) l. 83. l. 38. de V. O. Anton. Gomez. 2. Var. Resol. 10. n. 23. *hoc tamen declaratur ut procedat* 1. *si factum prorsus alienum sit nec à nostro dependeat. Si autem quis factum ejus promittat, quem in potestate habes, tunc utiq; contractus valet, aut si quis de herede suo quid promittat.* d. l. 38. pr. & §. 2. l. 83: de V. O. l. 24. §. 6 de damn. infect. Gædd. tract. de contr. stipul. cap. 6 n. 189. 2. *Si nulla pœna aut id quod interest in obligationem fuerit deductum*, d. l. 38. §. 2. ubi Duaren. & Donel. n. 4. 3. *Si quis simpliciter factum alienum promittat, non etiam se curaturum seu effecturum,*

ctturum, ut ab aliquo aliquid fiat. Non tam enim alienum quam suum factum in obligationem deduxisse videtur, §. *3.* Inst. de inutil. stipul. ubi Hotoman. enunc. *2.* Gædd. dict. tract. c. *6.* n. *195.*

XI.

Forma Contractibus (a) vel est certa & Jure (b) definita, vel incerta, quæ â contrahentibus eis datur. (c)

(a) *Talis nempè quæ quemlibet contractum ab altero distinguit, veluti mutuum â Commodato, Emtionem â Locatione vel permutatione, Locationem ab Emphyteusi, Precarium â commodato, Locationem â contractu do ut facias,* l. *5.* de præscr. verb. l. *1.* de Contr. Emt. l. *2.* de Reb. Cred. l. *1.* l. *2.* de O. & A.

(b) *Gentium, in contractibus juris gentium, Civili in contractib. juris Civilis arg.* l. *1.* §. fin. de contr. Emt. l. *1.* Locat. *Malè igitur demum â jure civili formam accepisse putant Emphyteusin, cum juris gentium sit, ut supra* §. *7. traditum. Quænam illa esset? Scriptura, ajunt* Menoch. Cons. *708.* n. *2.* Gædd. l. *27.* n. *19.* de V. S. *Verùm aliud docet* Novel. *7.* §. fin. vers. Anastasius autem, *quæ illam in Ecclesiastica Emphyteusi requirit.*

(c) *Formam illam* Hotoman. qu. ill. *36. naturalem quæ cuique contractui jure est constituta, vel jus quod lex naturæ ejus tribuit, hanc dicit conventionalem, quæ partium conventione contractui accedit,* Cujac. *14.* obser. *28. Solent quippe pacta contrahentes Contractib. adjicere, quæ eis aliquid vel adjciunt vel derogant.* l. *72* de Contr. Emt. Cujac. *10.* observ. *24. hinc dicuntur formare contractum, eidem legem dare* l. *7.* §. *7.* de Pact. l. *1.* §. *6.* deposit. l. *52.* de V. O. l. *27.* de R. J. l. *10.* C. de Pact. l. *16.* C. Locat. l. *1.* C. de pact. int. Emt. l. *6.* C. de rer. perm.

XII.

Formam Contractuum certam & â Jure definitam constituunt, quæ vulgò Substantialia (a) & Naturalia (b) vocantur.

(a) *Sub-*

l. *3. quibusdam tamen casibus sufficit etiam tacitus, ut in specie* d. l. *3.* de pact. *Et regulariter in ijs, quæ ad utilitatem tacentis & patientis vergunt, eum pro consentiente haberi, ut si pro se præsente alium fidejubere patiatur,* l. *6. C.* Mandat. *Item in ijs quæ non quidem nostra causa fiunt, neq; plenè ad commodum nostrum, sed tamen si rectè factum nobis prodest, vel ad affectionem nostram pertinet, non rectè factum nocet, & cum possimus prohibere, non prohibemus, nos consentire censeri, exemplum* l. *7.* de Sponsal. *Contra silentium dissensum arguere, si, quod fit, ad onerandos nos vergit, tradunt.* Donel. ad d. l. *6. C.* mandat. n. *3.* Dyn. c. qui tacet. n. *5.* &c. is qui tacet. de R. I. in *6.* n. *4.* *quibusdam etiam contractib. præsumtus sufficit consensus. Vid. supra* n. *3. lit. d. Atq; ita secundum dicta in contractib. maximè omnium mens & voluntas Contrahentium attendenda,* l. *219.* ub. Gædd. n. *1.* de V. S. l. fin *C.* quæ res pign. oblig. *quæ si non appareat, verba sunt spectanda, neq; ab his temerè recedendum,* l. *112.* ibi respiciendus erit sermo. de V. O. l. *20.* ibi, pacti tenor. C. de Solut. l. ult. *C.* de reb. al. non alien. *quod tamen procedit si clara sint; sin obscura, contra eum sunt interpretanda, cujus ea erat dicere apertiùs,* l. *39* de pact. l. *21.* de contr. Emt. l. *33.* eod. l. *172.* de R. I. c. contra eum. ubi Dynus de R. I. in *6. quod si hoc locum non habebit, videndum quid verisimilius sit,* l. *114.* de R. I. *in quo maximè mos regionis attendendus; aut id quod minimum est,* d. l. *114.* l. *34. eod.*

(b) *Naturalia sunt illa, quæ ad contractum initum accedunt, eiq; legis authoritate insunt, etiamsi de his inter contrahentes nominatim actum non sit. Sic in mutuo res ejusdem generis & bonitatis reddendæ* l. *2.* §. *1.* l. *3.* de Reb. cred. *Sic ex natura Emtionis, Venditor Emtori evictionem præstare tenetur* l. *68.* de Evict. Covar. *3* Var. resolut. *17. Sic ex natura Locati Locator tenetur fenestras, ostia, in æde locata reficere.* Glos. l. *72.* de Contr. Emt. Negusant. tr. de Pignor. part. *3.* membr. *1.* n. *26.*

XIII.

Formam contractibus contrahentes dant Pactis. (a)

(a) *Quæ contractibus adjiciuntur in continenti, vel ex intervallo; quæ ex intervallo adjiciuntur, vel detrahunt aliquid contractui, qui si sit bonæ fidei, pactum ei ipso jure inest, ita ut & actionem paret, & reum tutum reddat etiam non opposita pacti exceptione* l. 27. §. 2. ubi Cujac. vers. quod si non. de pact. & Ant. Faber. lit. R. *ratio, quia exceptiones ipso jure insunt bonæ fidei judiciis* l. 3. de Resc. Vend. *Aliud igitur in stricti juris contractibus, ubi hoc pactum neutra ex parte inest, atq; ideo exceptionis oppositio requiritur.* Cujac. 10. observ. 24 *Vel adjiciunt, & hæc tantum prosunt reo ad exceptionem, non etiam Actori ad agendum.* l. 7. §. 5. de Pact. Ant. Faber. ibi lit. E. Cujac. 14. obs. 28. *Dicta autem intelligenda de pactis, quæ adminiculis, hoc est, naturalibus & accidentalibus contractuum detrahunt, ut vult* Ant. Faber. d. l. 7. §. 5. lit. K. *De pactis in continenti adjectis, An illa æquè contractib. stricti juris atq; bonæ fidei, etiam ex parte actoris insint, hoc est, an ita insint ut actionem forment quæstio est? Et quidem de contractibus bon. fid. certum est; iis pacta in continenti adjecta inesse atq; actionem formare per* d. l. 7. §. 5. & l. 13. C. de pact. *de contractib. vero stricti juris lis est maxima. Nos* Hotom. quæst. illustr. 36. & 37. ut & Gædd. tr. de Contr. Stipul. cap. 8. n. 37. *sententiâ sepositâ, contrariam negantium apprehendimus per* d. l. 7. §. 5. d. l. 13. C. eod. l. 11. §. 1. de R. Cr. l. 6. C. si cert. pet. *nec sufficit Accursii responsio ad* d. l. 7. *exempli loco ibi adduci bon. fid. judicia.. Esto at qui particularis antecedit locutio, quæ in una etiam specie definita sustinetur* Cunrad. Dieter. c. lib. 2. Dialect. cap. 4. n. 8. in exeges. *Imo ibi JCtus supponit axioma juridicum. Solemus enim, inquit, dicere, Pacta conventa inesse bonæ fidei judiciis. Nec movet* l. 40. de R. Cr. *cuilibet enim apparet, ibi pactum non ex parte Actoris, sed Rei inesse, de quo nobis quæstio nulla. Multo minus* l. petens. C. de Pact. *Loquitur enim ea de pacto per stipulationem firmando, atq; ita hic stipulatio accedit pacto, non pactum stipulationi, & parum urget, quod ibi stipulatio antecedere dicatur.*

Quippe

Quippe cum absurdum non sit, ut confirmatio pacti, pactum ipsum antecedere possit, uti eleganter id monstrat Donel d. l. petens & Connan. 5. Com. 3 n. 8.

XIV.

Inventi autem sunt contractus propter necessitates humanas, (a) & ut unusquisque conditionem suam meliorem facere atq; aliquid lucrari possit, (b) ijsq; omnes utimur quò æqualitate pax servetur, (c) Pax Rempub. sustineat, & per id tota societas humana (d) florescat.

(a) §. 3. Inst. de Jur. N. G. & Civ.

(b) l. 38. §. 17. de V. O. l. 8. C. de resc. Vend. *idq; non est peculiare Emtioni, sed omnibus omnino contractib. communis ordo. Hinc illa regula: Neminem alteri stipulari posse* d. l. 38. §. 17. *Quæ tamen fallit in ijs personis, quæ pro una habentur propter aliquas causas, quarum prima est Potestas; hinc filius Patri, Servus Domino rectè stipulatur* d. l. 38. §. 17. l. 45 de V. O. *Secunda Successio; hinc testator heredi rectè stipulatur* d. l. 38. § 12 l. 33. de Pact. *etiam ita ut ab eo obligatio incipiat* l. unic. C. ut Act. ab hered. *An si plures sint, etiam uni Stipulari possit? Affirmat* Donel 12. Com. 17. *Negat.* Cujac. in l. 33. de Pact. de l. 137. § ult. de V. O. *ubi cum illo textu distinguit inter Stipulationem dandi & faciendi, ut illo casu uni heredi obligatio acquiri nequeat, hoc queat. 3. Administratio; hinc Tutor, Curator, Syndicus, Pupillo, Minori, Civitati rectè stipulantur* l. 5 § 9. de pecun. Const.

(c) *Jus quippe & justicia pacem servat, in bello vis regnat* pr. proœm. Inst ubi Glos. & additionat. in verb. gubernari. unde Vulgat. *Nulla salus bello pacem te poscimus omnes.*

(d) Oldendorp. tr. de Act. princ. clas. 4. sub fin.

XV.

Proximus Contractuum effectus est Obligatio, (a)

 ex ob-

ex obligatione nascitur Actio, (b) personalis, (c) quæ datur heredibus, (d) & contra heredes, (e) ad persequendum id, quod ex contractu (f) debetur. (g) Eaq; vel directa vel utilis. (h)

(a) *Quæ est vinculum juris, quo necessitate adstringimur alicujus rei solvendæ secundùm nostræ Civitatis jura* pr. Inst. de oblig.

(b) *Inter quam & obligationem nihil est intermedium eiq; est correlativa,* Greg. Lopez animadv. *10.* num. *2.* *hinc obligatio mater actionis, & obligationis partus actio dicitur,* l. *42.* §. *2.* de Procur. Gl. Schneidvv. pr. Inst. de oblig. num. *2.*

(c) *Actiones enim in rem competunt de rebus nostris,* §. *1.* Inst. de Act. *Obligationis autem substantia non in eo consistit, ut aliquod corpus nostrum faciat, sed ut aliquem nobis ad dandum vel faciendum obstringat,* l *3.* pr. de O. & A. *hinc cum res nobis debetur, nondum nostra est: Igitur non in rem in quam nihil juris habemus, sed in personam, quæ nobis ex contractu obligata est, agemus. Hinc actio ex obligatione descendens perpetuò obligati personam sequitur, nec ab ossibus ejus avellitur, etiamsi res debita ad alium perveniat.* l. ult. §. fin. de contr. Emt. l. *1.* §. *16.* ad SCtum Trebel. l. *16.* ubi Accurs. de pecul.

(d) *Quia heres succedit in universum jus defuncti,* l. *24.* de V. S. l. *62.* de R. I.

(e) *Heredes enim succedunt in jus defuncti non solùm illud quod defunctus habebat, sed etiam, quo tenebatur,* l. *37.* de acqu hered. l. *11.* de divers. tem. præscr. *Heres itaq; in obligationem & æs alienum defuncti succedit, ut non minus ex persona defuncti teneatur creditori, ac si defunctus viveret,* §. *1.* Inst. de perp. & temporal. act. l. ult. C. de her. Act. *etiam propter dolum & culpam à defuncto commissam in solidum,* l. *12.* de O. & A. l. *152.* §. ult. l. *157.* §. ult. l. *1.* C. de hæred. tut. §. *1.* Inst. de perp. & temp. Act.

(f) *Non solum proprio, sed etiam eo, qui per filiosfam. servos*

tam

tam proprios quam communes & liberos homines bona fide possessos est factus, tot. tit. Inst. per quas person. nob. oblig acquir.

(g) *Estq; rei persecutoria* §. 17. Inst. de Actionib. *excepta depositi actione quatuor casib. de quib.* d. §. 17.

(h) *Actio directa aliquando opponitur contrariæ, eaq; est, quæ propriè & principaliter ex conventione ab initio contractus oritur. Ubi igitur principalis utrinq; est caussa obligationis, veluti in Emtione venditione, Locatione conductione, Societate, ibi quoq; utrinq; directa nascitur actio. Contraria verò est quæ non propriè & principaliter ex ipsa conventione, sed ex æquitate quadam & per accidens, si quid principaliter obligato propter contractum, aut rem in eum deductam absit, competit, ut eo modo suæ indemnitati consulat, & hæc ex illis contractibus datur, qui ex post facto demum fiunt ἐνάπλευροι, quales sunt, Negot. gestio, Commodatum, Depositum, Pignus, Mandat. Tutela*, l. 8. §. 2. de negoc. gest. l. 8. pr. de pign. act. l. 12. §. 7. Mand. l. 17. §. 1. Commod. tot. tit de Contr. & util. act. tut. *Aliquando opponitur utili, & tunc directa est, quæ jure recto ex ipsis verbis legis competit, utilis, quæ cessantibus verbis legis ex ipsius sententia inducitur, daturq; deficiente directa in subsidium* l. 4. §. 7. fin. reg. l 26. §. 3. de pact. dotal.

XVI.

Debetur ex contractu res principaliter in eum deducta & accessiones. Principaliter quod actum, est ut aliquid detur (a) aut fiat. (b)

(a) l. 2. de V. O. *ad quod debitor præcisè tenetur* l. 75. de V. O. §. 14. Inst. de Act. Vult. §. fin. Inst. de V. O. n. 2. Vasqu. 3. Contr. us. frequ. 59. n. 14. *quod tamen non obtinet in Contractib. innominatis* l. 1. de rer. per. l. 5. §. 1. de Præscr. verb. *Quæri hic potest, quæ sit ratio quod non æquè teneatur dominium transferre venditor sicut Emtor? Arridet ratio* Arumæi. Exer. Inst. 14. θ. 4.

(b) *Ad quod neminem præcisè teneri est text.* l. 72. de V. O. l. 13. §. fin. de re judicat. Gomez. 2. Var. Resolut. 10. n. 22. ubi

Soarez in annot. *In Emtione Venditione, an Venditor praecisè tenetur rem tradere?* *Nos negativa adhaeremus* per l. *1*. pr. l. *11*, §. *9*. de Contr. Emt. *ubi rem non tradens ad interesse condemnatur*. l. *4*. C. de Act. Emt. l. *6*. C. de hered. & act. Vend. *deinde omnes obligationes faciendi non habent praecisam necessitatem, ut jam ante firmatum. Talis verò est rem tradere, ad quam venditor tenetur arg.* l. *25*. §. *1*. de Contr, Emt. l. *72*. pr. de V. O. *ubi dicitur rem tradi facti esse Stipulationem.*

XVII.

Accessiones vel rei principali adhaerent, ut Fructus (a) & aliae rei accessiones, (b) vel planè ab illa segregatae, & accidentaliter propter caussas in contractus plaerunque incidentes, Dolum nempe, (c) Culpam, (d) moram, (e) & pactum (f) deberi solent, veluti est Aestimatio, (g) Interesse, (h) & Usurae. (i) Casum fortuitum nemo praestat. (k)

(a) *Quando quaeritur an & quando fructus debeantur, distinguendum est inter Contractus bonae fidei & stricti juris. Quod ad hos rursum distinguitur utrum in obligatione sit, rem dari, an rem restitui, aut rem tradi. Si in obligatione sit rem dari, fructus non veniunt nisi post litem contestatam* l. *38*. §. *7*. de Usur. l. *78*. §. fin. de V. O. l. *31*. pr. ubi Gothofr. de Reb. Cred. *quod tamen non obtinet in Stipulatione, rem dari vacuamq; possessionem tradi, propter duplicata illa verba, quae non frustrà ibi posita esse ratio dictat* l. *4*. pr. de Usur. Donel. l. *52*. §. fin. de V. O. n. *11*. *Si in obligatione sit rem restitui, quia hoc verbum plenam habet significationem* d. l. *38*. §. *4*. de Usur. *fructus à tempore morae, non spectata contestatione debentur, prout patet ex* l. *7*. §. fin. ubi Gothofr. de Cond. ob caus. l. *15* pr. de Condict. indeb. *Si in obligatione sit rem tradi, fructus venient tantum à tempore litis contestatae* l. *3*,

§, *1*,

§. 1. de Act. Emt. *Obstare videtur* l. 114. de V. O. *ad quam Gl.* in l. 38. §. 7. de Usur. & ad l. 78. §. fin. de V. O *respondet fructus quidem non præstari ut fructus, præstari tamen ut interesse, ut & Vasqu.* 3. Contr. us. frequ. 63. n. 43. *Verum melior responsio* Donelli *ad* d. l. 78. §. fin. n. 13. *distinguentis inter Stipulationem simplicem rem tradi, & inter Stipulationem, rem certo die tradi. Dies enim adjectione tanquam conventione ejus temporis utilitas in stipulationem deduci intelligitur, quod in simplici stipulatione non est, ex qua nihil debetur præterquam quod est expressum* l. 99. de V. O. *Ex bonæ fidei contractibus fructus omnimodo præstantur etiam à tempore moræ* d. l. 38 §. 8. d Usur. l. 13. §. 10. de Act. Emt. *quam ita allegat* Glos. & Bart. in l. 78. §. fin. de V. O. l 21. vers. quemadmodum de hered. vend. *Videatur omnino* Vasqu. 3. Controv. us. frequ. 63. n. 48.

(b) *Quicquid rei principali accedit vel per se ut alluviones* l. 34 de R. V. *instrumenta ad fundum pertinentia*, l. 4. § pen. & ult. l. 47. de Contr. Emt. Wesenbec. parat. ff. de Contr. Emt. n. 8. *& accessoria rei necessaria, qualia sunt sella & frænum Equorum. In stipulatione enim equi vel venditione, etiam sella & frænum comprehensa censentur*, arg. l. 2. de Jurisd. *An & ornamenta equi? in venditione putamus*, arg. l. 38. §. 11. de Aedil. edict. *in stipulatione & aliis stricti Juris contractib. non item, quia hæc secundum singularem cujusq; affectionem comparentur*, arg l. 63. ad L. falcid. *& sine his commodè equitari possit. Vel ex voluntate contrahentium* l. 34 de Cont. Emt.

(c) *Qui est fallacia, machinatio, calliditas ad fallendum decipiendumq; alterum adhibita*, l. 1. §. 2. in fin. de dol. *Intelligimus autem hic eum, qui circa rem in contractum deductam adhibetur, & in omnem contractum venit* l. 23. de R. l. *ita quidem, ut pactum, ne dolus præstetur, contractui adjectum nullum sit*, d. l. 23. l. 27. §. 3. de pact. l. 1. §. 7. deposit.

(d) *Quæ est neglectus circa res alienas adhibitus quo fit, quod fieri*

fieri non debet, & quod fieri debet, non fit. Hanc alii duplicem, alii quintuplicem faciunt, Corras.4. Misc. 1. n. 7. *Nos tres ejus gradus facimus cum* Lopez. animad 17. n. 5 *Latam, levem, levissimam, quæ omnes sigillatim expressa in jure reperiuntur*, l. 213. de V.S.l. 54. §. 2. de A.R.D.l. 20. de Negot. gest. l. 44. ad L. Aquil. l. 32. deposit. *ubi latiorem intelligimus de lata*, arg. d.l 54. de A.R.D, Gregor. Lopez. dict. loc. *Lata est non intelligere id quod omnes intelligunt*, l. 213. §. 2. de V.S. *Levis est, cum non illa adhibetur diligentia quàm secundum communem hominum naturam diligentes patresfam. rebus suis adhibent*, l. 72. pro Soc. §. fin. Inst de Societ. *Levissima est non adhibere tantam diligentiam quantam diligentissimus paterfamil. rebus suis adhiberet*, l. 1. §. 4. vers. is verò de O. & A. *Porrò quæ culpa in quibus contractibus præstetur, ex* l. 5. §. 2. Commod. *definiendum est ubi id tribus regulis propositis expeditur. Prima est, Ubicunq; persona eligitur cum qua contrahatur ibi dolus tantum & lata culpa præstatur, quia sola eligentis personæ utilitas versatur. Sibi enim imputet, qui negligenti amico rem commisit*. §. 3. Inst. quib. mod. re contr. *talis contractus est depositum*, l. 32. deposit. l. 1. C. eod. *in quo dolus solummodo præstatur*, l. 1. §. fin deposit. *& lata culpa siquidem hæc dolo æquiparatur*, l. 5. pr. de edend. l. 22. §. 3. ad SCtum Trebel. *non levis, nisi aut merces fuerit data* d. l. 5. §. 2. *aut sese depositarius ipse obtulit, ubi & de levissima culpa tenetur*, l. 1. §. 35. deposit. *Secunda ubi utriusq; contrahentis utilitas vertitur, etiam levis culpa præstanda est V. G in Emtione Venditione*, l. 36. de Act. Emt. l. 23. de R. I. *idem in Locatione conductione*, d. l. 5. §. 2. *quibusdam tamen casibus de culpa etiam levissima tenetur conductor, ut si fortè utilitas ejus maximè versetur*. §. ult. Inst. de Locat, *Quem ita accipit* Vult. discept. Scholast. 15. *Neq; obstat*. l. 25. §. pen. Locat. *cùm aliud longe sit in opera locatione, si quis industriam certæ rei polliceatur, & artificem se profiteatur. Idem de Societate dicimus* per text. §. ult. Inst. de Societ. l. 52. §. 2. pro Soc. *& de qualibet communione dicendum*, d. l. 23.

l. 23. *cum ibi utriusq; utilitas versetur*, l. 16. § 4 l. 25. §. 16. famil. h rcisc. l. 4. C. com. div. *Ibi enim culpa absolutè de levi intelligenda, ut aliâs sæpe ut* d. l 5. §. 2. Commod. ubi Gothofr. M. noch. 5. præsumt. 3. n. 136. *Eadem ratio & in pignore militat.* § ult. Inst. quib. mod. re contr. l. 14. de pign Act. l 25. eod. l. 8. C. eod. *nonnunquam igitur, si nempe solius creditoris gratia pignus contractum sit, etiam levissima culpa præstabitur, ut* l. 13 §. fin de pign. Act. l. 19 de Pign & Hypoth. *Tertia, Ubi ad commodum accipientis tantum contrahitur, levissima etiam culpa præstanda est, ut in Commodato* § 2. Inst. quib. mod. re contr. l. 1. §. 4. de O. & A. *nisi utriusq; gratia commodatum sit contractum, ut* l 18. in fin. commod. *ubi levis tantum præstatur* Cujac. 19. observ. 24. *Excipiuntur à regulis his* 1. *Mandatum per* l. 13. & 21. C. Mand. 2. *Negociorum gestio ubi ad levissimam culpam præstandam teneri Negoc. gestorem evincit* § 1. Inst. de Obl. quæ quasi ex contr. *sum* l. 25. §. famil. ercisc. à contr. sens l. 24. C. de Usur. *Non movet* l. 20. C. de negoc. gest. *vel quia argument. à contrario sensu ductum non procedat, si inducat correctionem juris ut tradit* Everhard in topic. in loc. à contrar. sens. 82. n. 4. *vel quia id Codicis leges non admittunt. Non enim sunt juris regulæ quibus in universum quid deciditur, sed ad solam facti propositi speciem pertinent. Similis negotiorum gestori tutor est, culpam tamen levissimam non præstat.* l. 1. pr. de tutel. & rat. distr. l. 7. C. arbitr. tutel. *neq; ex eo, quod* l. 4. C. de peric. tutor. *fortuitus tantùm casus excipiatur, rectè infertur etiam levissimam culpam præstari, idem enim quod superius dici potest, malè ex ll. Codic. à contrario sensu inferri. Diversitatis ratio, quod negotiorum gestor etiam levissimam culpam præstare teneatur, tutor non item, est quod hujus munus sit necessarium* l 20. C. de negoc. gest. Angel. §. 6. Inst. de susp. Tut. n 7. *Porrò hæc omnia ita obtinent nisi pacto contrarium convenerit* d. l. 23. de R. J. l. 5. §. 2. Commod.

(e) *Quæ est frustratoria solvendi vel recipiendi debiti dilatio*

tio arg. l. *3.* in fin. de Vsur. l. *37.* in fin. Mand. *Committitur vel ex re, quando quis sine ulla hominis interpellatione in mora constituitur, Veluti fur, qui perpetuò in mora esse dicitur* l. *8.* §. *1.* de Cond. furtiv. *simile exemplum ubi mora ex re committitur est in* l. *20.* §. *11.* de pet. hered. & l. *13.* §. *20.* de Act. Emt. *plures vide apud* Menoch. *2.* arbitr. Iudic. quæst. cas. *220.* *Ex persona mora committi dicitur, cum quis interpellatus solvere vel recipere debitum recusat* l. *32.* pr. de usur. *Fit autem interpellatio vel expressè, & aut in judicio litis contestatione,* l. *1.* *2.* & ult. C. de Vsur. & fr. legat. *vel extra judicium, admonitione creditoris* l. *23.* de O. & A. *etiam unicâ modo feriâ* d. l. *32.* §. *1.* de Vsur l. *122.* §. pen. de V. O. l. *87.* §. *1* de legat. *2.* *vel tacitè, ut in obligationibus in diem solutionis caussa adjectum contractis, ubi dies interpellat pro homine, quæ interpellatio ad committendam moram sufficit text* in d. l. *23.* de O. & A. *Ad constituendum porrò creditorem in mora, necessaria est debiti oblatio non verbis sed re declarata, si res fuerit mobilis; sin immobilis, sufficit profiteri se solvere paratum esse.* Æmil. Ferret. tract. de mora circa med. *Effectus moræ præter alios, de quib. mox dicemus & hic est, quod obligationem perpetuet* l. *5.* de reb Cred. ubi Gothofr. l *91.* §. *3.* de V. O. *An igitur naturalis rei interitus à debitore moroso præstandus? Affirmativam cum hac restrictione, si rem creditor distracturus fuisset, tenemus arg.* l. *47.* §. fin. de legat. *1.* *Mora autem Creditoris debitorem quidem à culpæ, non tamen doli præstatione eximit* d. l. *9.* ubi Gloss. & Duaren. Solut. Matrim. *Porrò tam diu moræ effectus procedunt, donec expurgetur* d. l. *91.* §. *3.* de V. O. *dum tamen res adhuc fuerit integra* l. *6.* de opt. legat. *Purgatur ea vel voluntate Creditoris novandi animo rem à debitore stipulantis,* l. *72.* §. *1.* de Solut. l. *14.* pr de Novat. *vel debitoris operâ, ut oblatione debiti, etiam verbis solum declaratâ, etiam extrajudiciali absq; deposito & consignatione* l. *17.* ibi. si interpellavero. de peric. & com. rei vend. *Admittitur moræ purgatio in omnibus obligationibus (solo casu, si*

obliga-

obligatio cum die sub conditione pœnæ contracta sit, excepto ubi nulla admittitur purgatio per d. l. *23.* de O. & A. l. *77.* de V. O. *quam communem dicit* Hercul. Marescot. *2.* Var. resolut. *125* n. *32.*) *ad litis usq; contestationem.* Donel. d. l. *91.* §. *3.* de V. O. n. *11.* *Quæ generalis conclusio multis tamen modis limitatur.*

(f) *Naturâ enim contractus alij recipiunt dolum, alij dolum & culpam, alij etiam diligentiam,* d. l. *23.* de R. J. *Horum igitur quædam qui non recipiunt, pacto eis adjici solent,* d. l. *23. V. G. Depositum tantum recipit dolum & latam culpam, pacto igitur effici potest, ut & culpam & periculum præstet depositarius,* d. l. *5.* §. *2,* Commodat. *Si qui culpam omnem recipiunt, pacto effici potest, ut nullam recipiant præterquam latam, cum hæc sit dolus præsumtus* l. Nerva. *32.* deposit.

(g) *Æstimatio alia jure actionis venit, ut si principaliter in obligationem sit deducta* l. *28.* de Novat. *vel si Fidejussor pro principali debitore rem debitam solvit, actione mandati æstimationem rei consequetur,* l. *37.* Mandat. l. *22.* de O. & A. *& tunc res æstimabitur quanti fuit tempore contractus dd. ll. Alia debetur ob dolum, culpam vel moram, & venit officio judicis, non jure actionis. Revera enim non debetur, cum sit pretium rei; aliud autem res est, aliud pretium rei* l. *1.* de rer. perm. l. *1.* de Contr. Emt. *cum igitur res non pretium rei in contractum venit, non pretium sed res debebitur* Gædd. ad l. *14.* de V. S. n. *22. quod autem non debetur nec peti potest,* arg. pr. Inst. de Act. *Verùm utcunq; principaliter non debeatur æstimatio sed res, iniquum tamen esset debitorem contra æquitatem ex sua culpa liberationis commodum sentire;* d. l. *37.* in fin. Mandat. l. *3.* §. fin. de usur. l. *134.* §. fin. l. *174.* §. pen. de R. J. *ideoq; ut ad executionem res perducatur, judicis erit condemnationem in rei petitæ æstimationem convertere,* l. *22.* de reb. Cred. l. *91.* §. fin. de V. O. *Heic jam quæritur: Quodnam tempus in rei petitæ æstimatione sit inspiciendum? distinguendo res fiat clara. In litem enim si juretur, rei æstimatio in bonæ fidei quidem judicijs in*

tempus sententia refertur, in stricti juris vel potius arbitrariis judiciis in tempus litis contestatæ, l. 3. §. 2. Commod. l. 5. §. 4. de in litem jurand. *Aliter in vera rei æstimatione absq; juramento in litem statuenda, ubi distinguitur inter obligationem puram & non puram. Hæc vel propter diei, conditionis, vel loci adjectionem talis, & ubiq; dies conditio vel locus in rei æstimatione attenditur*, d. l. 22. de reb. cred. l. 11. de re judicat. l. 60. d. V. O. l. ult. de condict. triticar. *Si obligatio sit pura, vel mora est commissa vel non. Priore casu tempus moræ & condemnationis inspicitur, ut rò nempe res pluris fuerit*, d. l. 37. in fin. Mandat. l. 3. de condict. triticar. l. 3. §. 3. de Act. emt. *Si mora nulla fuerit commissa tempus litis contestatæ esse inspiciendum, neutrubi adhibita inter bonæ fidei & stricti juris judicia distinctione*, per textus jam allegatos & l. ultim. de Condict. triticar. *quæ generaliter loquitur ibi: sin minus quanti tunc, cum judicium acciperetur. Legem autem generaliter loquentem generaliter quoq; accipiendam esse tralatitium est*, arg. l. 8. de publ. in rem act. *nec movet* l. 3. §. 2. Commod. *qua adversa pars fundatur, cum ea accipienda sit de æstimatione per juramentum in litem facienda, cujus alia ratio.*

(h) *Differt ab æstimatione quod hæc verum rei pretium, Interesse utilitatis solummodò æstimationem contineat*, l. 51. l. 179. de V. S. *Aestimatio solum rei pretium denotat* l. 1. de in lit. jur. l. 63. pr. ad L. Falc. *interesse omnem etiam utilitatem intrinsecam & extrinsecam comprehendit*, l. 2. §. fin. de eo quod cert. loc. l. 8. de Evict. *Hinc interesse definitur omnis utilitas justa, quæ nobis culpa adversarij abest, eaq; tam ex utilitate interversa & impedita quam ex damno accepto computatur*, d. l. 3. §. fin. de eo quod cert. loc. l. pen. si quis cautionib. l. 13. rem rat. haber. l. 11. pr. ad SCtum Trebell. d. l. unic. C. de sent. quæ pro eo quod inter. *Hoc tamen non de omni lucro cessante intelligendum, sed de certo vero & explorato, veluti si ei qui negociari est solitus ex aliquo contractu propter moram utilitas fuerit interversa*, d. l. 3. §. fin. de eo quod cert.

loc.

loc. nec damnum quoq; quodlibet, sed illud duntaxat, quod immediatè ex eo quod res debita tradita non sit, creditor percepit, l. 21. §. 3. de Act. Emt. Porro in æstimatione ejus quod interest, separandi sunt casus certi ab incertis. In illis interesse duplum nunquam excedit, hoc est, re principali altero tanto amplius esse non potest. V. G. si res 10. emta sit, eaq; hodie 25 valeat, ultra 20. Emtor non consequetur, pretij loco nempe decem, & loco interesse etiam decem. In his vero æstimatio damni emergentis & lucri cessantis arbitrio judicis est commissa, per d. l. unic. C. d. t. Cæterùm interesse petitur jure actionis in obligationibus faciendi, cum hæ alternativæ sint, ita ut vel id quod convenit, vel interesse in obligationem deductum censeatur, l. 114. l. 81. de V. O. l. 13. §. fin. de re judic. Officio autem judicis interesse venit in obligationib. dandi l. 38. pr. pro Soc.

(i) Differunt usuræ ab eo quod interest, quod hoc sit propriè rei certæ præter quantitatem accessio, illa propriè accessio quantitatis. Strictè tamen usuræ dicuntur quod accedit ultra sortem in mutuo, l. 17. pr. de Pact. l. 11. §. 1. de reb. Cred. Debentur Usuræ vel ex conventione, vel ex mora. Ut ex conventione peti possint, sufficit quidem in bon. fid. contractibus pacto his in continenti adjecto eas esse comprehensas, l. 3. l. 4. C. de Usur. l. 5. C. de pact. int. Emt. in stricti juris contractibus usuræ ex pacto non veniunt, sed ex sola stipulatione, l. 3. C. de Usur. l. 10. §. 4. Mandat. Ex mora debentur usuræ in bon. fid. contractibus à tempore moræ, l. 32. §. 2. de Usur. l. 13. §. 2 de Act. Emt. & quidem officio judicis non jure actionis, l. 24. in fin. depos. In stricti jur. contractibus ne quidem à tempore litis contestatæ, text. l. 1. C. de Cond. indeb. Neq; obstat l. 35. de Usur. ibi enim currere significat cursum non interrumpi.

(k) Hic enim humana industria præcaveri non potest, l. 1. §. 4. de O. & A. l. 2. §. 7. de admin rer. ad Civ. pert. l. 6. C. de pignor. Act. & res quæ perit suo domino perit l. 23. de V. O. l. 18. pr. Commod. l. 23. in fin. de R. I. d. l. 6. & l. 9. C. de pign. Act. quod tamen non obtinet si culpa casum præcesserit, cum ea obligationem perpetuet d. l. 91. §. 3. de V. O. d. l. 18 pr. Commod l. 23. de R. I.

XVIII.

Contrahere quovis loco licitè possumus (a) præter Ecclesiam, (b) Carcerem, (c) & respectu Magistratus Provinciam (d).

(a) t. t. ff. de eo quod cert. loc. l. *19.* & seq. de judic. l. *21.* de O. & A. l. *3* de reb. Auth. judicis poss. l. *2.* *C.* de jurisdict *ita tamen, ut si extra territorium subditi alterius Provinciæ contrahant, id fiat secundum jura & statuta propria*, arg. l. *9.* de l. & l. *videatur* Menoch *2.* præsumt. *2.* *Hinc si de negocy qualitate non constet, secundum loci consuetudinem contraxisse intelliguntur*, l. *34.* de R. I. l. *1.* de Usur. *Quod si de loco contractus non constet, ibi factus præsumitur, ubi solutio fieri debet*, d. l. *21.* de O. & A. d. l. *3.* de reb. Auth. judic.

(b) *Jure enim divino prohibitum legimus*, Matth. *21.* vers. *12.* Luc. *19.* vers. *45.* *neq; jure Civili concessum. Non ergo contrahere ibi nobis licebit*, arg. l. *2.* *C.* de SS. Eccles. ubi Glos. *nec movet quod manumittere liceat, cum id favore libertatis sit constitutum*, l. *1.* & l. *12* de his qui in Eccles. man.

(c) *Quod de injusto intelligimus, si cum eo contrahat, qui vinctum eum detinet*, arg. l. *21.* & l. *22.* quod met. caus.

(d) *Intra tempus quo Magistratum gerunt*, l. *6.* de offic. Proc. l. *45.* de Contr. Emt. l. *63.* de rit. nupt. l. *46.* §. *2.* de jur. fisc. *Excipiuntur tamen quæ victus quotidiani caussa comparantur*, d. l. *6.* §. *2.* in fin. l. *16.* de offic. Præs. l. unic. §. *2.* *C.* de Contr. Jud. *Magistratus etiam Urbani ex pragmatico principis contrahere possunt*, d. l. unic. *Dicta autem de Magistratibus & ad domesticos & consiliarios eorum pertinent*, d. l. unic. §. pen.

XIX.

Accidunt contractui Dies, (a) conditio, (b) locus, (c) modus, (d) accessio. (e)

(a) *Dies*

(a) *Dies contractui adjicitur vel multiplicandæ obligationis caussa* l. *60.* pr. Locat. l. *56.* §. *4.* de V. O. §. *3.* Inst. eod. *vel ejus restringendæ ut* l. *10.* eod. *Vel ejus finiendæ caussa ut* d. §. *3.* Inst d. t. *Vel deniq; differendæ solutionis caussa, & hoc casu contractus non est purus,* l. *118.* §. *1.* de V. O. *illis purus est* d. §. *3.* Inst. eod. *Adjicitur autem dies obligationi vel expreßè ut* l. *41.* pr. eod. *vel tacitè ut si res nondum nata in obligationem deducatur veluti fructus, partus, vel factum succeßivum,* l. *73.* pr eod. *Vel si res certo loco dari promißi sit* l. *41.* §. *1.* eod. *Dies porrò actionem non obligationem suspendit,* §. *2.* Inst. d. t. *An ipso jure, ut actio non competat, vel non dum nata sit, an vero ope exceptionis, ita ut actio quidem nata sit ipso jure, sed quæ nondum effectu moveri poßit? & posterius placet, cum obligatione fingi quidem, ubi actio statim non competat, poßit, secundum tradita à* Gregor. Lopetz. animad. *10.* n. *2.* *Atqui ibi obligatio* l. *213.* de V. S. *Deinde quod in diem debetur, si ante diem fuerit solutum, non repetitur* l. *10.* l. *56.* de Condict. indeb. *An autem debitor diem prævenire & invito etiam creditori solvere poßit? quæstionis est; Affirmandum putamus per text.* l. *50.* de O. & A. l. *137.* §. *2.* l. *38* §. *16.* de V. O. *quod regulariter ita, nisi creditoris gratia dies fuerit adjectus,* l. *15.* de ann. Leg. *Cæterum dies totus solventis arbitrio tribuendus, ita ut & ultimâ diei particulâ ei solvere liberum sit, atq; inde nec eo ipso die, in quem solutio dilata, debitum peti poßit.* d. §. *2.* l. *42.* l. *138.* pr. de V. O.

(b) *Conditio duplex est; Suspensiva, qua obligatio suspenditur ita, ut nullum effectum habeat, donec ea existat. & Resolutiva; quæ quidem non impedit quo minus obligatio nascatur, sed tamen si extiterit eam dissolvit, & hæc cum ejusmodi sit, ut contractum non faciat impurum non est hujus loci. Suspensiva autem sive sit potestativa, sive casualis, sive mixta, contractus substantiam suspendit cum effectu. Antequam enim ea existat, neq; venit neq; ceßit dies* d. l. *213.* de V. S. l. *13.* §. pen. de Pignorib. l. *19.* de

const.

conſt pec. l. *16* §. pen. de fidej. *tantumq́ ſpes eſt debitum iri* §. *4.* Inſt. de V. O. *ubi igitur nulla ſpes futura conditionis, ibi nullus quoq́ omnino contractus, puta, ſi conditio ſit impoſſibilis* l. *185.* de R. J. l. *26.* l. *35.* l. *136.* §. *6.* de V. O. *ſi in præteritum fuerit collata vel in præſens, non ſemper tamen ut* l. *100.* de V. O. l. *37.* de reb. Cred. *An autem in arbitrium debitoris conditio collata valeat? non putamus per text.* l. *17.* de V. O. l. *8.* de O. & A. l. *13.* C. de Contr. Emt. *ſi conditio ita enunciata ſit, ſi volueris. Secus tamen obtinere putamus, ſi dictum ſit, cum volueris text.* in l. *46.* §. pen. & ult. de V. O. *ratio diverſitatis eſt, quod verba cum volueris exprimant tempus, & per tempus conditionem: verba ſi volueris exprimant non tempus, ſed liberum debitoris arbitrium atq́ ita hic locus* l. *195.* de R. J. *Concipitur conditio non affirmativè ſolum, ſed & negativè, in qua tamen cautio Mutiana locum non habet* l. *99* in fin. l. *129.* de V. O. *Dies omnino incertus, ut dubium ſit an & quando extiturus ſit; conditionalem quoq́ efficit obligationem* l. *75.* de Cond. & Dem l. *22.* quando di. leg. ced. d. l. *45.* §. pen. *Cæterum contractus ſine die & conditione purus eſt* d. §. *2.* Inſt. eod. *hujus dies ceſſit & venit eo ipſo momento quo convenit* d. l. *213.* de V. S. *hinc quod ita debetur ſtatim peti poteſt* d. §. *2.* d. l. *213.* l. *14.* de R. J. *niſi contractus ex reipſa dilationem capiat* § fin. Inſt. de inut. Stip. *tacitè quippe tunc ei ineſt dies. Quanquam autem ex contractu verbis & re puro ſtatim debitum peti poſſit, nihilominus tamen modicum aliquod tempus miſerationis gratiâ debitori arbitrio Judicis indulgendum vulgò ſtatuunt per* l. *105.* de V. O. l. *21.* §. *1.* de Conſt. pecun.

(c) *Ubi nempè ſolutio fieri debeat* l. *21.* de O. & A. *qui tacitè tempus complectitur* l. *73.* de V. O. l. *1.* de eo quod cert. loc. *& plerumq́ Creditoris gratia adjicitur* l. pen. d. t. Donel. ad l. *41.* de V. O. n. *48.* *Igitur alio loco quam eo de quo convenit invito creditori ſolvi non poteſt,* d. l. pen.

(d) *Unde obligatio alternativa & ideo incerta. Quamvis autem incerta ſit, fit tamen certa vel ab initio, ut ſi duæ res debeantur,*

tur, in quas nulla cadit affectio, tunc debetur statim ab initio quod minimum est l. 12. l. 109. de V. O. *vel eventu, idq; vel exemtione unius, ut si una perierit tunc altera debetur,* l. 95. pr. de Solut. l. 32. pr. de Cond indeb. l. 2. de eo quod cert. loc. *vel electione debitoris, cujus illa regulariter* l. 106. de V. O. l. 2. de eo quod cert. loc. *aut creditoris si nominatim sibi de ea caverit,* l. 75. §. 8. l. 93. l. 112. pr de V. O. *aut alternativa sit inter duo posita quorum alterum ad cautelam vel favorem creditoris sit adjectum ut tradit* Bart. per l. 6. de pign. Act. ad eand. *Et in tali contractu alternativo res quidem utraq; est in obligatione, sed non nisi una solvitur, & altera, si soluta sit, condici potest, ex qua tamen causa, si restitui debeat alterutra, electio est Creditoris* l. 21. de Cond. indeb.

(e) l. 44. de O. & A. *Hac est vel persona ut si quis sibi aut alteri stipuletur* d. l. 44. §. 4. *ubi si ei qui accessit solutio facta sit, liberatio contingit ope exceptionis* l. ult. §. 5. de V. O. *vel res, ut si quis ita stipuletur: Si Stichum non dederis dabis centum?* d. l. 44. §. 5. *ubi centum solum sunt in obligatione, in exsolutione verò aut Stichus aut centum.*

XX.

Contraria contractuum sunt, quæ vel ortum eorum impediunt, ut dolus, (a) vis, (b) metus, (c) error, (d) Simulatio, (e) vel jam natum solvunt, veluti rescissio ob læsionem immodicam, (f) conditio resolutiva, (g) Rei interitus, (h) Solus consensus, (i) Pactum, (k) Novatio, (l) Solutio, (m) acceptilatio, (n) compensatio, (o) obligationum confusio, (p) Tempus. (q)

(a) l. 7 §. 7. & 9. de pact. l 9. § 2. de transact. l. 3 §. fin. pro Soc. l. 9. C. de Pact. l. 5. C. de inutilib. stip l. 11. C. de resc. Vend. *principaliter nempe circa contractum bon. fid. adhibitus, cui si causam dederit, ipso jure eum facit nullum* l 7. de dol. l 16. §. 1. de Minor. d. l. 3. §. fin. pro Soc. *non etiam contractum stricti juris*

l. 36 de V. O. l. 5. C. de inut. Stip. *Si dolus in contractum incidat nullum omnino sive sit bon. fid. sive str. jur nullum ipso jure efficit* l. 36. de V. O. l. 13. §. 4. de Act. Emt. l. 5. C. de resc. vend.

(b) l. 6. pr. de offic. Præsid. l. 1. C. de resc. Vend. l. 116. de R. I. l. 7. de Cond. ob turp. caus.

(c) *Justus nempe* l. 21. §. 1. cum l. sequ. quod met. caus. l. 6. eod. l. 116. de R. I. *& hic quidem contractum bon. fid. ipso jure reddit nullum, cum dolus ei insit* l. 1. C. de resc. vend. *non etiam contractum stricti juris* d. l. 5. C. de inut. Stip. *Quinam autem justus sit metus arbitrio judicis relinquendum, text. expr.* in l. 3 quib. ex caus. Major. *Reverentialis contractum non vitiat*, l. 22. de rit. nupt.

(d) l. 15 de jurisd. l. 2. pr. de judic. l. 5. §. 1. de Act. Emt. l. 57. de O. & A. l. 116. §. fin. de R. I *Error autem contingit vel circa negotium ipsum, ut si quis quasi donaturus dederit, alius quasi mutuum acceperit* l. 18. de reb. cred. *Anne vero ita Dominium transfertur? Nequaquam per* d. l. 18. de reb. cred. *Neq; movet* l. 36. de acquir. rer. Dom. *eam enim intelligimus si promissio vel debitum antecessit, idq; patet ex eo, quod in pr.* d. l. 36. *in priori exemplo etiam innuitur debitum traditionem præcessisse. Et quamvis exempla regulam non restringant, eandem tamen quo pacto & quibus de rebus intelligenda sint declarant* Gloss. in l. 2. in verb. ob aliud. de delict. privat. *quam ita allegat* Thoming. decis. 22 n. 4. *vel circa rem negocio contentam, & aut in corpore error committitur & contractus nullus est* l. 57. de O. & A. l. 9. de Contr. Emt. *Aut in substantia & materia rei, valetq; contractus si sit stricti juris* l. 22. de V. O. *non etiam si sit bonæ fidei* l. 9. §. 2. de Contr. Emt. *excepto contractu pignoris* l. 1. §. ult. de pignor. Act. *aut in qualitate accidentali, ut si mulier pro virgine emta sit* l. 11. §. fin. de Contr. Emt. *cui minime contradicit* l. 11. §. 5. de Act. Emt. *cum & hic contractus sit validus.*

(e) *Quæ est machinatio quædam, per quam aliud exterius ostenditur, aliud intrinsecus intenditur. Hinc contractus simulati,*

qui

qui regulariter reprobati sunt, si in fraudem legis fisci vel alicujus tertii fiant, l. 7. C. de Contr. Emt. l. ult. C. de pact. pign. l. 54. de O. & A.

(f) *Quæ nisi contractus naturæ repugnet, veluti ubi nulla hinc inde rerum operarumvè commutatio, in omnibus omnino tam stricti juris quàm bonæ fidei contractibus locum habebit, quia utrobique Rationis paritas*, l. 16. de O. & A. l. 4. C. cod. l. 14 de Cond. indeb.

(g) *Contractus enim sub hac conditione factus perfectus quidem est & purus, existente tamen ea resolvitur ipso jure* l. 2. de in diem addict.

(h) *Ante moram, certæ speciei* l. 45. de O & A. l. 26. §. 4. de noxal. act. l. 23. de V. O.

(i) *Re quidem adhuc integrâ* l. 6. §. fin. de Contr. Emt. l. 58. pr. de pact. l. 1. & 2. C. quando ab. Emt. disc. *Si res integra non sit, tunc restitutis omnibus idem dicendum* d. l. 58.

(k) *Non quidem ipso jure sed ope exceptionis, cum pactum non sit legitimus tollendæ obligationis modus* §. 4. Inst. de Except.

(l) *Novatio est in aliud nomen statumve obligationis translatio* l. 1. de Novat. l. 17. de Condict. furt. *Fieri soles novatio vel interventu novæ personæ, & propriè delegatio dicitur* l. 11. de Novat. *vel interventu novæ caussæ, ut si quod sub conditione debebatur, vel in diem, nunc purè incipiat deberi, vel vice versâ* l. 14. pr. d. t. *si tamen nominatim id contrahentes egerint, ut novandi animo priorem obligationem tollant.* l. fin. C. de Novat.

(m) *Quæ est vera totius rei debitæ præstatio*, pr. Inst. quib. mod. toll. oblig. *Solvit autem qui debet rectè vel per se vel per alium, modo sit majorennis, suiq; juris, aut aliàs alienare vel contrahere non prohibitus* l. 15. l. 13. §. 1. l. 23. l. 40. de Solut. *Is quoq; cui solvitur talis esse debet, ut ei rectè solvatur, ad id ut contingat liberatio, qualis non est qui non obligatur contrahendo* §. 2. Inst. quib. alien. lic. vel. non. *aut qui ut debitum recipere possit, man-*

datum plane nullum, aut revocatum aliásve inutile habet. l. *12.* l. *38.* §. *1.* de Solut. *Res porro quæ solvitur illa esse debet, quæ in obligatione sit, nisi Creditor aliam in solutum acceperit sponte. Aliud enim pro alio invito Creditori solvi non potest* l. *2.* de reb. Cred. *nisi res debita præstari non possit. Tunc enim & alia solvi potest* Auth. hoc nisi debitor. C. de Solut. l. *8.* de Cond. furtiv. *Debet etiam esse tota: Regulariter enim non permittitur, ut debitum particulatim recipere debitor cogatur* l. *3.* famil. hercisc. l. *41.* §. *1.* de Vsur. l. *9.* ibi solius C. de solut. *nisi debitum ex parte tantum fuerit liquidum,* l. *21.* de reb. Cred. *aut plura debita concurrant,* l. ult. quib. mod. pign solv. *aut debitum fuerit hereditarium, quod ipso jure inter heredes dividitur.* l. *26.* C. de Pact. *Modus solvendi consistit in eo, ut solutio fiat loco & tempore oportuno, & debitor si idem ei cum creditore sit forum, ad domum ejus accedat ut solvat* l. *12.* C de Contr Stip. *quam ita allegat* Gl in l. *18.* de Const. pec *si diversi sint fori, ubi habitat debitor à creditore interpellandus sit, ut solutio fiat* d. l. *18.* ubi Gothofr in pr. de Const. pec. *Si certus locus solutioni dictus, omnino ibi solutio fiat* l. pen. de eo quod cert. loc. *potest tamen ex justa caussa debitor, habita ejus quod interest ratione, alio loco solvere compelli* l. *2.* eod. *Idem quoq; alio quam eo, de quo convenit, loco solvere volens, si id quod interest offerat, admittendus.* Gl. in l. *12.* pr. de V. O.

(n) *Quæ est liberatio per mutuam interrogationem, quæ utriusq; contingit ab eodem nexu absolutio,* l. *1.* de Acceptil *estq; solutio imaginaria* §. *1.* Inst. quib. mod. tol. oblig. *Recte vero ille demum accepto fert, qui principaliter debet, non tutor, non Procurator, non Curator, neq; servus, neq; filius, quia acceptilatio fit per stipulationem, quæ alteri fieri non potest,* l. *38.* de V. O. *Tollitur eâ verborum obligatio solùm* l. *8.* §. *3.* de Acceptil. *neq; movet* l. *19.* eod. *ubi innuitur & alios tam reales quam consensuales eâ tolli, fit enim hoc non ex natura acceptilationis, sed vi & potestate conventionis, quæ ei inest ut se ipse Ulpian.* d. l. *19.* & Julianus in l. *5.* de resc. vend. *explicat.*

(o) Si

(o) *Si nempe hinc inde debitori & creditori competant actiones, ipso jure utrinq; censentur sublatæ, beneficio compensationis* l. 4 l. 21. de compens. §. *30.* Inst. de Act. *eaq; locum habet in omni obligatione excepto deposito* d. §. *30.* & *Commodato* per text. l fin. C. commod. *Admittitur verò tantum compensatio liquidi, hoc est, probati vel confessi, ad liquidum, probatum vel confessum* l. fin. C. de compens.

(p) *Si nempe Debitor Creditori aut contra Debitori Creditor succedat*, l. *1.* §. *18.* ad l. falcid. l. *7.* C. de pact.

(q) *Non quidem ipso jure sed ope exceptionis* l. *44.* de O. & A. *per præscriptionem quoq; 30 & 40. annorum, siquidem ea communis est omnium actionum visa* l. *3.* & sequ. C. de Præscr. *30.* annor. VVesenb. *w.* ff. de O. & A. n. *9.*

PARERGA.

Parentes & similes Personas etiamnùm absque veniæ impetratione in jus vocari non posse de Jure verius est.

Filius fidei commisso gravatus solùm Trebelliacam detrahit.

Spurii neq; facti neq; juris infamia laborant.



Ad
Respondentem Politissimum,
amicum Chariss.

AFfluit hic opibus, benè qui commercia tractat,
Deceptus fluxâ ni cadat ante fide.
Tu quoque si cœpto tractes commercia nisu,
Est præstò merces larga parata Tibi.
Cautius ergò facis cautè mercarier ante,
Discens: Sic rectè damna futura caves.

M. Matthæus Pletss
Conic. Boruss.

LITERATISSIMO
& Politissimo
Dn. VALENTINO STEINERSDORFIO,
ex Anagrammate, quod est, exclusâ superfluâ N,
Indole esse insta, fruiturus.

R*Omanos rerum Dominos suevisse refertur*
Exemplar levibus desumere semper, agendis
Olim magnificè factis moderamen ut essent.
Hinc exstare sui laus non postrema vigoris
Cœpit, & inter eam fundamina jecit honoris

Æternum